DE CURIOSITATIBUS PHYSICIS TRACTATUS.

In quo natura ſtramentorum fœnateorum, & qualitates odoris, & effluviorum, elementorumque mutatio, & præcipue aëris examinantur, nec non pleraque alia naturalia non minus utilia, quam jucunda.

V. I. D.D. JOSEPHI de TERTIIS.

LUGD. BATAVORUM,
Apud JACOBUM MOCQUE.
A°. 1686.

Digitized by Google

Sereniſſimæ & Celſiſſimæ

PRINCIPI

MARIANÆ MANCINO,

Duciſſæ Bullonii, Alibretæque, Vice-comitiſſæ Turenæ, &c. Dominæ meæ clementiſsime, atque pietate inſigni, virtute ſingulari, pruden-tia, & æquitate admirabili.

SIcut imbellis convolvulus, Sereniſſima Princeps, qui non ſemper in nuda terra manere deſiderat, ſed ad plantas, arboreſque ſibi proximas involvere quæret uſque ad ſuum faſtigium, tanquam ſoboles aut pullulus ſuus eſſet: aut ſicut fæcundæ vites, ne

ſuo ſub onere fatiſcant, gratos ulmos amplectuntur, ut mutuis ſurgant viribus: aut ſicut hederæ, ut magis conſpicuæ, excelſos cedros ambiunt, vel ut ſmilax aut china ad arbuscellas proximas, aut ſicut caſcuta ad linum, vel epithimum ad thimum; aut ſicut grata viola ſolis impatiens, umbras quærit alienas; Et ſic quicquid ex ſe imbelle eſt, hoc naturæ ductu, fortioris implorat opem. Unde ego tanquam debilis ipſam imitando, Tuam Sereniſſimam Principem imploro, ut hæc mea ſcripta ſub tuo columine & præſidio ſurgant, & in lucem prodeant, uti mecenatem ſtudioſorum in qualibet ſcientia, diſciplinaque te cognoſcentem; te almam ſocietatum fælicitatem, Te nugarum fulgentium ſuaviſſimam artificem, affluentium delicioſiſſimam defatigationem, conviviarum eruditiſſimam ſociatricem, leporum phœnicem, mentium ſupremam frucitionem, & per conſequens vitiorum expultricem, per ea quæ refert Romanæ eloquentiæ Cicero pluribus in locis. Philoſophiam virtutum matrem, & vitiorum expultricem agnoſcit, ac pronunciat. Tum ob publicam illam Academiam Humoriſtarum ſub tuo, tuorumque præſidio ſubjacentem, & à Paulo Mancino Domi ſuæ fundatam almæ Romæ; in qua perſpicaciſſimis ingeniô ſolum datur acceſſus, eruditè docentibus, conſultantibus, & differentibus: tum ob ſtudioſos

ſub

ſub tuo, tuorumque præſidio continuè viventes, tùm ob tuas egregias animi dotes, tuorumque majorum, non ſolum in ipſo ſæculo concurrentium, verum etiam antecedentium tàm in doctrina, quàm in aliis, ſicuti in decimo quarto ſæculo viſum in Stephano Mancino Clerico reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, qui præmatura morte correptus ad Cardinalitiam dignitatem deſtinatus erat; & in ſæculo currenti apud Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Mariam Mancinum obſervatum eſt. Ita & tempore Conſulum & Dictatorum Romanorum, ut inter alios apud C. Hoſtilium Mancinum Conſulem anno ab Urbe condita 583. de quo inter alia referunt Auctores, qui exiſtimavit vehementer, cum adverſus Numantinos profecturus, dùm Navem conſcenderet *Mane Mancine* miſſa ex improviſo voce audiret. ſicuti extinuit Actila, cum ipſi ex Italia in Pannoniam redeunti ſub trajectum Syci amnis trementi voce exclamaretur. *Retro Actila*. aut ſicut exiſtimavit Druſus cum ex victricibus ad Rhenum armis denotans audiret. *vita operum ſuorum finem veniſſe*. Et Anno 608. apud L. Hoſtilium Mancinum bis Conſulem: tùm etiam armis, ſicuti in quarto decimo ſæculo apud Equitem Jacobum Mancinum. & in 15°. inter alios apud Laurentium Mancinum ſtrenuum copiarum ductorem, in uxoremque ductum Felicem Alcionam neptem Cardinalis Alcioni.

Et tandem antiquitate & nobilitate ob multos heroes & viros non uno tantum, ſed diverſis temporibus cum familiis conſpicuis Romanis conjunctis. Quocirca Sereniſſima Princeps ob amorem diſciplinaſque, quas à teneris unguiculis excolere & fovere cepiſti, inſitum hæc mea ſcripta, licet admodum exigua in grati animi termino tibi, tuoque patrocinio offerre, atque committere, & volui, debuique in debitum perpetuæ meæ obſervantiæ argumentum, ob gratæque mentis ſignum ſubmiſsè inſcribo, & reverenter do, offero, dico, addico, & dedico. Pariſiis è Muſeo quarto non. Julii anno Domini 1685.

Celſitudini tuæ

Devotiſſimus

D. JOSEPH de TERTIIS.

LECTORI

Candido & benevolo Salutem.

DUctus in curiis Equorum ab Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Duce Nivernii, ſtegmate nobilitatis antiquo, nec non doctrina, prudentia, authoritate, longoque rerum uſu ampliſſimo viro, Domino meo, perpetua obſervantia ſemper colendo. Reſpexi Lector benevole, quòd alia erat natura fæni alia paleæ, hæc natura duce ſcripſi de fæno, & ſuo paleateo. per ea quæ dixit Seneca c. 8. de vita beata. natura duce utendum, & per hanc ratio obſervat; & non ex alia cauſa ad hoc ut poſſit per paleateum fænaceum vitam in melius cuſtodire ob ſuum bonum halitum; per ea quæ ſcripta obſervantur apud diverſos Auctores: Stante quod ſcientia & Ars verſantur in iis, quæ priora & antiquiora ſunt. Ut dixit Boëtius lib. 1. 12. metaphiſ. c. 2. & maximè ea quæ obſervantur in libris. ut notavit Lucas de Penna in rubrica c. de macie. lib. 11. Liber, dicendo, eſt lumen cordis, ſpeculum corporis, virtutum magiſter, corona prudentum, diadema ſapientum, gloria bonorum, decus Eruditorum, comes Itineris, domeſticus amicus, vas plenum ſapientiæ, hortus plenus fructibus, platum floribus diſtinctum, principium intelligentis, via recordationis &c. Et ſecundum hæc ſcripſi, adducendo diverſa exempla, & auctoritates, relinquendo præcepta, ad hoc ut citius poſſim pervenire ad finem determinatum. ſtante quod longum eſt iter per præcepta, breve & efficax per exempla. ſicuti ſancivit Seneca epiſtola 6. ad Lucillum. Et ex auctoritatibus, exempliſque adductis pervenire poſſim ad concluſionem, id eſt quòd ejus halitus ad vitam humanam non mali & pernicioſi ſunt, ſed boni atque ſalutares ſunt, conſervantes vitam in bono ſtatu. Et ſic poſſum hic dicere cum Valleſio in comment.

Hippo-

Hippocratis lib. de morb. popular. ſect. 8. quod in duplici modo odores conſiderantur, alii ſolum jucunditatem per ſe ferunt ſine ulla alimenti qualitate; alii nutrientes. in qua ſententia concurrunt Fromondus lib. 2. de anima c. 2. art. 2. Plinius lib. 7. c. 2. & Marſilius Ficinus qui c. 18. lib. 2. de vita producenda, cenſet odores, qui ex rebus nutrientibus expirant ut pomis, pane recenti, & maximè carnibus aſſis, & vino etiam nutrire. Inter quos numerantur odoros fæni attracti à ſpiritibus, ſicut Mercurius ab Auro, ferrum à Magnete, Palea à ſuccino, corillus à metallis, infectio venenati aëris à ſpiritu Arſenici, peſtis ab Hydrargiro, muſtela à Buffone, Luſcina à ſerpente, ſerpens à cervo, humor à ſpongia, ignis etiam à longiquo à naphtha, vel à radice à prolixis, & lux à lucibibo; aut ſicut argentum diſſolutum in aqua regia adherens æri, & æs in eadem aqua adherens ferro; Et hoc non ex alio expoſui, quia ſi vita humana, ſicuti expreſsè docet Job. tranſit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet; atque & ſi calidum & humidum in quibus vita humana conſtat, ob talem habitum in melius conſervari poſſit, qua de cauſa eum relinquamus? ſi ferè omnibus utile obſervatur ſicuti diverſi DD. notarunt, & teſtes de viſu expoſuerunt: non ne nobis communis utilitas eſt ſocietatis maximum vinculum ſicuti ſcriptum reliquit Livius decad. 4. lib. 6. VALE.

In

In DEI nomine optimi maximi, Amen.

DE CURIOSITATIBUS PHYSICIS TRACTATUS.

In quo natura ſtramentorum fœnateorum, & qualitates odoris, & effluviorum mixtorum elementorumque mutatio, & præcipue aëris, nec non pluraque alia naturalia examinantur.

§. I.

SÆpe ſæpius obſervavi illud quod hodierna conſuetudo poſtulat, ſtramenta potius eſſe paleatea, quam fœnatea, crederem potius eſſe fœnatea quam paleatea, dum ſi ex palea quaſi nihil, ex fœno aliquod bonum habere poſſit, quare non ex fœno, ſed ex palea facere debeat, quia uti iſta duo concurrentia in unum, potius magis utile quam minus inutile accipiendum, uti ex Legislatorum ſententia patet, quod utile per inutile non vitiatur. ſtante quòd effluvia utilia atomorum, ab ipſo tranſmittantur, vel certus vapor, vel fumoſa exhalatio, vel evaporatio, quod non eſt ſic à palea. ſtante quod à cunctis rebus effluunt corpuſcula, ex quibus eædem res conſtent. ſicuti Licetus expoſuit de his qui diu vivunt ſine alimento, c. 76. ex dicto Lu-

cretii. veluti fumoſa evaporatio, uti refert Ariſtoteles de ſenſu & ſenſibili c. 2. vel certus vapor uti notavit inproblem. vel fumoſa exhalatio. uti dixerunt Plato in Tymeo. Galenus de Inſtrum. Odoratus. & Avicenna lib. 6. natural, p. 3.

Et quod ex quolibet corpore effluvia tranſmittantur, dixit Theophraſtus lib.6. de Odoribus. habeantque omnia mixta, ſtirpes, animantes, quæ quidem olent, ſuum quemque propium odorem; ſed multa nobis olere non videntur, quod ſenſum odoratus habemus deterrimum, hoc eſt infirmiſſimum. Ut dixit Goclenius in apoteleſ. phyloſ. c. de Phyſica n. 41. & Gaſſendus in appendice Philoſ. Epicuri c. 14. notat effluere certè verèque a rebus odores, vel id unum arguit, quòd omnia habita odora oleant magis fracta, contrita, igne ſoluta, quàm integra, nempe quia ſeges corpuſculorum idoneorum, quæ olfactum moveant, quaſi intra corpus odorum ſtipata revinctaque tenentur: corpore fracto, contrito, cremato, halitus ſive fumi inſtar proſilit ac effunditur, & olfactum efficere, ſi in eum inciderit, poteſt. Ac etiam patet, quod ſi in aqua vel aliqua humida materia aliquid immergatur, obſervatur, quòd tranſmittitur ad aquæ ſuperficiem Bullula: ita etiam in vacuo quaſi efferveſcit. cujus experimenti teſtis eſt Octonus de Guericke in exper. Madelbur. dicendo, quod omnes res corporeæ effluvium corporeum de ſe, vel ex ſe emittant, eo quidem percipiendum eſt, quando nimirum in aquam, vel materiam aliquam humidam immittantur, multis bullulis circumdari; & quando fit in vacuo, quaſi efferveſcere, ſeu fermenteſcere incipiunt. Item confirmat Schottus in thecnica curioſa lib. 1. c. 19. §. 3. rerum omnium, aut fere omnium continua dari effluvia, ut patet manifeſtè in rebus odoriferis, quæ odorifera effluvia, ſua tam diù emittunt, donec evaneſcunt, & tandem deficiant;

ciant; longè tamen manifeſtius ejuſmodi effluvia evaporant liquores quilibet, aliæque res in quibus humidum denominatur. hinc enim ortum ducunt vapores, & exhalationes, quibus aër circa nos continuo ſcatet.

2. Et dum ex quolibet corpore tranſmittitur vapor, vel halitus, ſeu odor, qui obſervatur quod non ſe extendit equaliter ratione ſui centri ad peripheriam; ſed attenditur ejus forma, dùm eum diffundit ratione formæ diſpoſitæ, ut ſi forma eſſet cubica, ſphæra odoris erit cubica; ſi parallelipeda, ejus ſphæra erit parallelipeda; ſi diſpoſita in pyramidem, erit pyramidalis: ſi octædra, erit octœdra; ſi icoſedra, icoſedra: & cujus formæ & figuræ erit, efformat cum ſuis effluviis ſuam ſphæram activitatis, ſicuti placet Kirchero lib. 2. ſuus & umbræ c. 4. dicendo ſi igitur omnia aliquo odore polleant, ergo radiabunt, & non ergo radient uniformiter; ergo neceſſario terminus activitatis radiationis eam dabit figuram, cujus fuerit radians corpus: ut ſi mixtum fuerit rotundum, ſphæra virtutis profuſæ terminus erit circulus, & ſi quadratum erit, erit terminus quadratus, & ſic de aliis ratiocinaberis. Quod etiam clarè & manifeſtè probatur per aſtronomos rationę refractionis ab athmoſphæra datæ: dùm eam obſervant in qualibet altitudine cœli æqualiter ſe extendere, uti notarunt Riccіolus lib. 1. Almag. c. 36. Keplerus in tab. Rudolph. Tacquet lib. 1. Aſtron. c. 4. n. 20. & 21.

3. Et licet talis vaporum aſpiratio ab Averſa in Philoſ. q. 54. de ſenſibus exter. ſect. 4. eſt tanquam accidens; & uti accidens non poteſt nutrire, quia nutrimentum fit ex mutatione ſubſtantiali; & non accidentali ſecundum Ariſtotelem.

4. Contrarium tamen pluribus argumentis probat Marcellus Donatus in medica Hiſtor. mirab.

lib. 4. c. 12. dùm refert inter alia. nec obſtat. quòd inquit, Portius aërem etiam apud nos vaporibus & exhalationibus permixtum minimè nutrire poſſe, nec non vapores, nec exhalationes nutritioni ſint aptæ in oppoſitum enim habemus odorum experimentum, quos in exhalatione fundatos nutrire poſſe. dùm conſtat Hippocrates 6. epidim. ubi nos implere & reficere teſtamur. idem confirmat Bravus de ſapor. & odor. differ. c. 13. quapropter jure Galenus fundatam hanc evaporationem effluxum quemdam corporeum eſſe protulit: & quando dicimus odorem nutrire de hoc effluxu intelligimus. hinc enim ſpiritus tàm animales quàm vitales inſtaurat, ut medici omnes conſentiunt, & experientia monſtat. hæc ille. Et quod Galeni ſententia videatur rationi maximè conſentanea, probatur; nam ſi materialis quædam & intentionalis eſſet qualitas, quæ odores facit: ablato odoràto corpore, ſtatim etiam odores ceſſarent, quemadmodum lucido corpore ablato, Lumen omne in momento aufertur; ſed videmus ablato corpore odorato, odores tamen nihilominus ſervari, ergo &c. ut vult Rolfingius de vegetabil. ſect. 6. c. 2. & Galileus inde monſtrat. de Mathemat. dial. 1. fol. 61. refert vidimus fructus, flores, & ſimilia alia ſolida materia pro majori parte in odores reſolveri. ac etiam effluvia à magnete emiſſa probat Galeratus lib. 2. de phyſiologia mèdica. c. 10. eſſe corporea. Et cum ſint ſubſtantia corporea, frigore conſtringitur ſubſtantia odorata, neque benè tunc percipitur, è contrario verò à calido: dum calidæ regiones ut Arabia & Syria odorum ſunt feraciſſimè, & àqua ſtillatitia roſarum, dum igni ponatur ſenſim incaleſcit, halitum ſpirat ſuaviorem: & univerſim odorata omnia cum calent magis redolent, quam cum frigent; plus interdiu, quam noctu; plus Æſtate, quam hyeme.

uti

uti expoſuerunt Cardoſus lib. 5. philoſoph. q. 27. & Gaſſendus in animadverſ. phiſol. Epicuri c. ſieri. Ac etiam hujus rei multa ſunt ſigna & experimenta, nam res olentes nimio odoratu, nimiſque diuturna contrectatione marceſcunt, ac odore tandem deſtituuntur per talem effluvium. Et omnes ſciunt, herbas, & res alias multas tractatione & compreſſione digitorum, & calefactione ignis fortius olere: aut quando res aliqua hujuſmodi in pulverem diſſolvatur, cujus cauſa non eſt alia, quàm exhalatio copioſior, quæ ſimul cum odore reſolvuntur: & poſtea diſſoluta, odorem perdunt. ut notarunt Lucretius & Kircherus de luce & umbra.par. 1. c. 9. dicendo, res odoriferæ æquè maceratæ odorem perdunt, ſicut in aëre frigido, minuſque præſentiuntur, quam aëre calido ſtante quod calor attenuat, educatque exhalationes, & frigus comprimit, & condenſat ex peripateticorum Doctrina. & hoc non obſtante quod aliter ſenſet Henricus Regius lib. 3. philoſophiæ c. 6. qui raritatem non ſolum à calore, verum etiam à frigore oriri vult, probando ex glacie, quæ aquæ liquidæ, ex metallis quæ frigore conſtricta ipſis liquidis ſeu fuſis innatant; & ex aqua fervida in vas anguſti colli tempore gelido infuſa, primum ob aëris frigore aliquantulum condenſetur, & obſidat; ſed antequam congeletur, rurſus attollatur, & rareſcat, idem etiam vult ratione denſitatis, quæ non à ſolo frigore ſed à calore oriri, probando ex liquefactione metallorum, & glaciei vi caloris facta, cum illa corpora liquida ſunt graviora ſe ipſis conſtrictis, item in nivis à calore liqueſcentis condenſatione. hæc ille. Et quia odor ſecundum Avicennæ, Hippocratis, Platonis & Galeni de alimentis ſententiam eſt, quædam ſubſtantia vaporoſa defluens à re odororabili, & deveniens ad ventriculum anteriorem cerebri, & ad ſen-

ſorium odoratus. inquam ſententiam concurrit Theophraſtus de odoribus. dicendo, odorem eſſe ſubſtantiam corpoream, quia odore unguentarii odorata oleis commiſcent; dùm vapores propter viſcoſitatem ſuam, quæ eſt in oleo retinentur; & propter hoc dixit Montanus par. 2. medic. c. utrum odores. videmus etiam quòd vapores calidi, cum ſemper commiſceantur cum aqua, aquam odoratam reddi: immo ſi ipſa aqua ebulliat, maximum odorem ex ea percipimus. & Cardanus ſuper text. Hippocr. de aëre & aqua refert. quod aqua concocta perfecto & optimo calore redditur odorata, ſicut accidit in aqua nili, quæ dùm à meridie in ſeptentrionem delabitur. Et ſic ſecundum Ariſtotelem moderatæ ſolis coctioni, vim ejus referentem acceptam eſſe: & erat adeo hæc aqua olim in tanto prætio, ut cimelii loco fuerit Regibus. V. g. aliquando à Philadelpho Berenici filiæ, quæ Antiocho nupſerat in Syriam miſſa. ſicuti refert Alexander ab Alexandro lib. 6. genial. dictum c. 17. & Seneca in quæſt. natural. Aquam nili fœminis tantopere convenire, ut ſterilitati ipſarum medeatur, & ad concipiendum idoneas reddat. perinde dicit Galenus quòd ſit ut ſympathica fœminæ ſterili ad fæcunditatem; & non ſolum hoc præſtat, ſed etiam ſolet magnum corpori humano conciliare incrementum, ſeu pinguedinem. ut dixit Plutargus de iſide & oſiride tom. 2. operum interpetre Xylandro. Et uti diximus quod Nili aqua eſt concocta à ſole cum perfecto & optimo calore, unde redditur odorata; quoniam odor fit bonus à calore optimo & puro. totum comprobando cum ſententia Cardani ratione iridis, quia ſi iris dùm diſſolvitur, tranſmittit ſuas minutiſſimas aquæ guttas ſuper plantas, ut ipſas redderet odoriferas, dùm refert in 4. de rerum varietate. ubi inciderit, efficere herbas odoratas, quaſi iris aliquid ſit. Et ipſeme-

ipſemet cum ſuis obſervationibus totum comprobavit, dum refert, Ego quandoque in Æſtate in matutino vidi in roſe arbore jam areſcente, quod ex iride factum narratur, tantum enim ex roſe intra iridem flagabat odor, ut vix ei quicquam auſim comparare. idem confirmat Montuus cent. 3. de admirand. facultat. n. 11. Et tandem non nulli ex phyſicis ajunt, Odorem eſſe ſaporem exhalantem, dum ex odore plerumque animalia, & inprimis homo judicat ex ipſo de ſapore, ut ex odore vini, an vinum ſit dulce, vel auſterum; ſic ex odore pomi, ſi pomum ſit acidum vel dulce; & ex odore piperis de acri ejus ſapore judicat. Et propter hanc cauſam dixit Keckermannus lib. 3. ſyſtem. phyſic. c. 5. quod ipſe ſapor qualitas eſt valde cognata odori, quæ ſimul deperduntur in vacuo ut obſervavit Octo de Guericke in experim. magdelbur. dum uvas vaſi vitreo immiſit, aëremque extraxit, atque ita obſervavit omnem ſaporem eaſdem amittere. Et dum eſt realiter & materialiter exhalans, etiam materialiter in ſpiritum animalem, atque adeò in ipſum cerebrum recipiatur, & per conſequens non intentionaliter ſive per ſpeciem & imaginem.

5. Et quòd ſit odor exhalatio miſſa à quolibet corpore obſervatur, quòd per aliquos odores cerebrum calidum refrigeratur, & è contra, uti Sennertus in paralipomena lib. 1. med. pract. par. 1. c. 1. probat & per eos ſanat etiam gravedinem capitis, uti notat lib. 2. par. 2. c. 3. & 4. & quòd ab odoribus cerebrum recreatur, vult Mercurialis lib. 3. variar. ſection. dicendo Ariſtotelem aſſerviſſe cerebrum ab odoribus maximè recreari. in qua ſententia concurrit Marſilius Ficinus lib. 16. de vita producenda. tract. 2. c. 189. Ingenioſis, inquit, ſpiritu plurimum laborantibus, tria præcipue conducunt, purus aër, fragrans odor, & dulcis mu-

fica: hæc enim tria animalis ſpiritus fomenta præcipue judicantur. & paulo poſt quicumque vitam in corpore producere cupitis, ſpiritum inprimis excolite; hunc augere per nutrimenta, quæ ſanguinem temperatum & clarum efficiunt: hunc aëre ſemper electo fovete, hunc quotidie ſuavibus odoribus alite: ſed interea odores cavete calidiores, frigidiores fugite, capeſcite temperatos. porro quia halitus illi, qui ſuavem odorem deferunt, blande calidi ſunt & ſpirituoſi, ideo corrigunt humidam & frigidam cerebri intemperiem, atque ita pro humore aquoſo, inducunt humidum acreum, & hac ratione memoriam ſtabiliunt. hæc ille. quales ſunt roſæ, & flores odorati, & mala appiana & rubra, quæ odorem remittunt, coronea, pira, ſanthalorum, & omne genus gummi animæ albæ, violæ purpureæ, lilia, nympheæ, flos croceus, lignum aloë, gariophili, moſcus, muſcus, zibetum, caphura ſed pauca, crocus, & in ſuffitibus Benzoi, thus, ſtyrax, & mirra. ſicuti placuit Cardano lib 3. de venenis cap. 14. Ac etiam experimur ad expellendam capitis & cerebri ſimul refrigerationem, non pereæ odores ad nares poſitos depellitur, quia odorandi facultas per narium ducta una cum ſpiritu hauſtus rerum odores comprehendit. expoſuit Firnelius lib. 1. phyſolog. cap. 2. ob deperditum halitum calidum. Tanto plus quod omnes odores non à frigiditate, ſed à caliditate proveniunt, ſennertus inparalipom. lib. 2. par. 1. cap. 1. & gignuntur caloris beneficio humidum decoquentis, & maiori ex parte dominante ſiccitate, nam illa quæ impenſe olent, amara ſunt, & nimis cocta. ut dixit Theophratus lib. 6. de cauſis plantar. cap. 24. ſicuti totum experimur in ſaccharo & melle propter humidum acreum in illis concurrentem, tunc propter nimiam concoctonem devaneſcentem. & propter hanc cauſam Duncamus in phyſolog. par. 2. cap. 11. vult

quod

quod odor ſit mediæ naturæ inter aërem & ignem. ſtante quòd materia odorifera habent humiditatem acream, & ſiccitatem igneam. Qui odor poteſt diſtingui inter extremum & medicum; extremus vel eſt gratus & dicitur fragrantia, vel ingratus & dicitur fœtor. fragrantia eſt odor gratus propter temperiem ſicci cum humido ejuſmodi, qui habeat congruentiam quandam, & conſpirationem cum cerebro humano Fœtor eſt odor extremus ortus ex ſicco cum humido craſſiori, & plerumque putrida temperatura tali, qua à juſta proportione cerebro humano amica cedit, atque adeò in qua fit reſolutio quædam humidi à ſicco. Intermedius verò odor eſt, qui ex extremis conſtat, & rebus componitur, retinetque nomina ſaporum, ita ut alius ſit acris, alius amarus, alius acerbus. diſtinguitur etiam odor ratione gradus in acutum & ignavum. acutus eſt, qui ex longiquo & acriter ſenſum ferit. ignavus eſt, qui in propinquo tardè & languidè ſenſum olfactus ferit. ut diffuſe notavit Keckermannus in ſyſtem. phyſ. lib. 3 c. 5. Ac etiam dico in refrigeratione, odorandi, virtus eſt quaſi depreſſa, in quo amittitur omnis odorandi facultas; dico enim hic accidere à pituita, dùm tunc clauduntur meatus narium, per quos ſolent aſcendere illi halitus odoroſi ad cerebrum, ſicut ſcriptum reliquit Gabeus in 4. meteor. tex. 33. q. 1.

6. Ita etiam odores cerebro adjumentum important, & ſpiritus inſtaurant, ſicuti notavit Scaliger de ſubtilitete. exercit. 297. odoratus ad juvandum cerebrum, ſpiritufque immo reficiendos, & maximè boni odores, in quibus ſpiritus vitalis & animalis reſtaurantur; ac etiam ad longam vitam conferunt boni odores, reficiunt enim, & inſtaurant ſpiritus animales & vitales. ſicuti notavit Alſtedius encyclop. lib. 13. par. 5. c. 1. quam ſententiam confirmat Bravus de odor. & ſapor. differ.

 c. 14.

c. 14. & tandem omnis odor, qui cerebro confert; & olfactui gratus eſt, bonus eſt. E contra, qui olfactum ledit, cerebrum aggravat. expoſuit Goelerius in apotelef. philoſ. c. 41. de phyſica. Et illud quod eſt plus non ne notant Hippocrates & Galenus, ut purgantibus odorata admiſceamus? quibus os ventriculi, aliæque partes corroborantur, & ſic à purgantibus minus offendantur. Nec non in calabria obſervatur quidam collis, qui cum verno tempore floret, eo tunc purgat omnes malos humores ab humanis corporibus, tanto plus quòd fragrantia oblectant ut dixit van Helmont de ortu Medicinæ c. imago fermenti & propter hanc cauſam Gelenus in lib. de alimentis cum Hippocratis auctoritate expoſuit, citius reſtaurari & refici corpora odoratu, quàm potu. in qua ſententia concurrit Plato. ſicuti refert Montanus par. 2. medicinæ c. utrum odores. & illud quod eſt notabile, pharmaca ſolo odore agunt. ut expoſuit van Helmontius c. imago fermenti. odor dicendo, eſt ſymbolum fermenti, & hinc ſeminariam tranſmutationis cauſam continet. concludo, rerum vires & robur maſculum ex odoribus eſſe; immo ſi penitus res ipſa ſpectetur, etiam externa pharmaca tàm ſolutiva, quàm concretiva ſolo odore tenus agunt. fit enim hinc quòd odore pharmaci ſemel ex uſto vires pereant ejuſdem. Vidi nempe ſepius quartanam, uteri abundationes, melancholiam, dolores colicos, &c. ſolis unguentis ſeparata, certum eſt non ipſum unguentum, ſed ejus ſaltem odores intro ſerpere, & agere; ſic namque epilepticus odore cadit, immo cerebrum in epilepſiam, quod non audit, non ſentit, nec ſi in ignem ceciderit, ſe retrahit; ſolis patet odoribus; ſic namque eryſipelas odore lintei leporino cruore tinti ſanatur, ſi ſiccum alligetur; ſic vulnera, ulcera, & apoſtemata odoribus peruncta applicatis miteſcunt, vel

exaſpe-

exaſperantur. hæc ille. Ex eo quia odor eſt magis corpulentior aëre ſecundum notata à Cardano l.2. aphoris. 11. Odor, dicendo, eſt corpulentior aëre, igitur bonus odor magis nutrit. Et propter hanc cauſam notavit Gabeus in 4. meteor. tex. 37. q. 1. odorem eſſe effluvium ſpirituoſæ ſubſtantiæ, & ex hoc prouenit, ſpiritus reficere & reſtaurari: ſtante quod odore & lumine delectantur ſpiritus; eo quod lux & odor illos immediatè attingant & penetrant. ut expoſuit van Helmontius de ortu medicinæ c. imago fermenti.

7. Et ſi queratur quid ſit Odor. reſpondetur ſecundum Platonem in Tymeo. Theophraſtum 6. de cauſis plantarum. 5. Galenus lib. de inſtrumento odoratus. Avicennam 6. natural. par. 2. Eraclitum referente Ariſtotile lib. de ſenſu & ſenſibili. Democritum, Epicurum, & univerſam antiquitatem, eſſe ſubſtantiam quandam vaporoſam & ſecundum Gabeum l.4. meteor ſuper tex. 35. q. 1. eſſe effluvium ſpirituoſæ ſubſtantiæ. & ſecundum chymicos eſſe ſulphurem. ſtante quod ſaporũ diverſitas à ſalibus, odor à ſulphure & color ex utriuſque; præcipue tamen à Mercurio rerum omnium volatilem ſibi admiſtum, habeat. ut dixerunt Sennertus c. 1. de principiis chymic. lib. de conſ. & diſſen. chym. & Gaſſendus in phyſol. Epicuri c. fieri. & ſi à ſulphure provenit, ergo ab ipſo ſpiritus reſtaurantur. ſicuti expoſuit Guercetanus in definit. circa Anonimum c. 14. ſulphur eſt humidum illud dulce, oligenoſum, viſcidum, ſubſtantificum & primigenium ignis vi præditum. Et propter hanc cauſam Hippocrates in aphor. 11. lib. 2. aphor. ſcriptum reliquit. Odores nutrire. & rationem aſſignat Cardanus in ejus commentaria quia ſunt magis corpulentiores aëre, quæ halitus habent non ſolum ſulphur, verum etiam ſalem volatilem, ut expoſuit Sennertus c. 11. de principiis chymic. Et acrimonia

nia omnis à ſale dependit, quæ in fumo concurret, & oculos mordet. & quòd concurret etiam in ipſo fumo ſulphur, obſervatur quòd ſi accipiantur duæ candelæ accenſæ, & poſtea una ex eiſdem efflatur, & denuo fumus efflavæ candelæ ad ignem accenſum alterius candelæ imponatur, exiſtentes tamen ambæ in aliqua diſtantia; obſervatur illicò efflata candela accenſa, ut experientia hodierna demonſtrat. & ſic in diſſolutione corporis oleoſa materia evaporat ſimul cum aquea. Et concurret poſtea ad hoc ſal volatile, ut poſſit congelare ipſum halitum tranſmiſſum à corpore quolibet: & propter hanc cauſam generantnr à fumo fuligines & alia. Et quod ſol hæc præſtat, propter hoc deſcribitur à Guercetano in definitione circa Anoninum. ſal eſt corpus illud ſiccum, ſalſum, pure terreum, natura temperans, mirandis virtutibus præditum, diſſolvendi, coagulandi, digerendi, evacuandi, & ſimilia agendi vim habet.

8. Et quod ſit ſulphur caloris pabulum. vult Sennertus c. 11. ſ. c. ſulphur eſt odoris fœtor, vel ſpecies, vel affectio odoris, & eſt etiam ſulphuris excrementis animalium documentum inflammabilitas. memini hic in cloaca, quòd canurinam illam quandoque ita commovebat, tunc fætor per totam domum moleſtus eſſet, cum ergo candela accenſa explorare vellent, quid nam rei eſſet, ſubito tota cloaca flammum concipere viſa eſt, quæ res ad adſtantes non parum conſternarat: ſubitò tamen iterum flamma evanuit, quòd accidit proculdubio vaporibus illis ſulphureis in cloaca agitata accenſis. Ac etiam reſinoſæ arbores reſinam ſuam ſulphureæ naturæ ſpontè fundunt, & ex nuce muſcata, ſeme lini, amigdalis, & plurimis aliis ſeminibus, ac fructibus olea exprimuntur quæ natura inerant. hæc ille. Et totum ſupra expoſitum probatur per experientiam Kenelmi Digbei demoſtrat.

moſtrat.immort.anim:c.7.adductam experientiam Sigiſmundo in obſervat. & in miſcellan. medico phyſica anni 6. dicendo. at verò ex ipſius ſolis radiis ſulphur legere ; id demum myſterium eſt prioribus ſæculis excepto forte ignem cælitus rapiente Prometheo ignotum ; vaſium vitreorum peculiari quodammodo factorum ,. & arteficiosè diſpoſitorum ope collectos ſolis radios in pulverem fuſci coloris aut purpurei in rubrum vergentis præcipitatos fuiſſe, quod iſta operatione per calidiorem anni tempeſtatem aliquibus diebus duæ ferè unciæ illius pulveris purpurei colligi potuerint. & ergo propter hoc vegetabilia illuminata à ſole flaveſcunt, & àd maturitatem deveniunt, & etiam acquirunt magnam vim, & ſunt majoris roboris &, firmitatis : contrario ſi radiis ſolaribus priventur.

9. Sed hic notandum, quòd per odorem intelligo de effluviis tranſmiſſis à quolibet corpore. etiam quòd aliqui ex neutericis dicunt, quòd in Mundo non eſt odor, nec fætor, nec dulcedo, nec amaritudo, nec ſymphonia, nec cacophonia, niſi particularium reſpectu rerum, quæ aliis ſervantur, aliis deſtruantur. toti autem Mundo cujus res omnes ſunt partes, & omnia armonia, odor, dulcedo,&c. ſicuti dixit campanella lib. 2. de ſenſu rerum c. 12. & propter hanc cauſam favet nobis ſtercus noſtrum, quia à ſpiritu noſtro reicitur, & tandem olet canibus & porcis; ſicut nobis excrementa quarundam férusſcularum ſunt muſcus, & zibetum : ſic etiam pueri dulciora cupiunt, blando ſpiritu præditi, ſenes ob amareſcentia, quoniam temperies & calor ineſt illis: capris geniſta dulcis eſt, nobis amara ; aſini ferulam in diliciis habent, quam pereunt æqui. ita & concurnices helleborum, quo nos perimus ſicuti canet Lucretius ;

Præ-

Præterea veratrum nobis eſt acre venenum,
Ut capris adipes, & conturnicibus auget.

10. Nec mirum circa hoc; dum obſervamus mores diverſarum gentium inter ſe atque inſtituta ita diſcordare; ut quòd apud alios laude, apud alios ſupplicio dignum judicetur. uti expoſuerunt Empiricus ſextus lib. 1. c. 24. & 25. & Severinus Boëtius de conſenſu philoſophorum lib. 2. propo. 7. Sic etiam dicimus cum Bonifacio Rodigeno lib. 17. Hiſtor. lubr. c. 11. pium eſſe quippiam, aut impium; æquum aut iniquum; turpe & honeſtum; ignominioſum aut honorificum, non natura, ſed inſtituto, non reverà, ſed opinione, non ſua propietate, ſed hominum apprehenſione ſceptici exiſtimarunt. ſed male. Sic phyſicus quoque Archelaus ſtatuit ſuida teſte, juſtum & injuſtum nihil ex ſe eſſe, ſed legem permiſſu aut inhibitu fieri. Et carnes humanas edere apud nos quidem eſt illicitum, at non apud canibulos, cæteroſque Anthropophagos. Sic humano ſanguine aras Deorum contaminare apud bonam partem hominum ſacrilegum eſt; at non in Taurica cheroneto ubi hoſpites immolantur. At non Lacedemone ubi in ara Orthodoxiæ Dianæ puerorum grex innocens fragoris acerrimè verperatur, donec pavimentum cruore inundet. Ita apud nos liberi parentum ſenium confectorum cura geneva lege jubentur, at ſcythæ ipſos ſexaginta annorum ſpatium prætergreſſos jugulant. In provincia cardandam cum nec delubra, nec idola ſint, in una quaque domo maximus natu pro Deo colitur, quòd ex illo uno omnis familia propagata, vitam ſe illi debere profiteatur. At Romæ natu majores perinde quaſi deliri, & ad omne curæ munus inutiles, ab omni functione negotiorum relegabantur; Ita Solon Athenienſibus legem ſtatuit, per quam unicuique filium ſuum interficere liceret. At nobis verò pa-

rentes

rentes liberorum interfectores parricidii pœna plectuntur. Homicidæ apud nos ultimo ſupplicio afficiuntur: at Romæ gladiatores perpetuo homicidio theatri applauſum coronaſque adipiſcuntur. Prædari apud nos infame & ſceleratum habetur; id vero apud Cilicas glorioſum erat uſque adeò, ut eos qui inter prædandnm obiiſſent dignos eſſe, quos honore proſequerentur exiſtimarent. Furari apud nos quoque facinus eſt, cruce dignum. At Lacedemoniis in furto quidem deprehendi vituperabile; caute verò & cum dexteritate furari induſtrium & ingenioſum cenſetur, inquam ſententiam diſcedunt pariter, quicumque Mercurium furaciſſimum Deum furibuſque propitium eſſe arbitrantur. Suilla nobis in lautitiis & cupediis habetur: At Judeus moriatur potius, quam hujuſmodi dape ſepolluat. Ovillam comedunt paſſim cæteræ gentes: at Libiis ovem guſtare nefarium judicat. Ita nos filiorum natali effusè lætamur, amicoſque gratulantes amplectimur, ſed Thraces circumſtantes infantem in lucem editum lugent, ejuſque vicem ejulantibus dolent. Quanto ſuperſtites ac merore de mortuos ſuos proſequantur videmus: at illi cantu, viſu tripudiis & converſationibus charorum funera celebrare conſueverunt. Mortem nos horrendam & formidabilem putamus: alii verò nihil tale de ea ſuſpicantur, neque de re ſibi inexperta quicquam pronunciant. uti notat Rodiginus l. c.

11. Sicut etiam variantur gentes & populi pro varietate opinionum, fas, & nefas, licitum, & illicitum, turpitudo & honeſtas, oſcænitas & caſtonia. Ut apud nos teterrimum crimen eſt, atque igni expiandum, pueris in venerem abuti, at apud aliquos turpe id non erat, ſed unum ex iis, quæ uſu recepta eſſent. Si Straboni & Empirico credere velimus. Quin etiam a Thebanis & cretenſibus

ſibus & Achivis prope modum univerſis amores puerorum viris fortibus & ſapientibus indulgebantur : Hodieque Thracibus & Mauritanis ſpurciſſimum illud libidinis genus impune eſt. At publicè cum uxore congredi videtur nobis turpitudo & propedium. At quidam ex Indis concumbunt cum mulieribus palam, ita Maritos uxoribus lenocinari in Europa dedecoriſſimum at in chamulia magni Tartarorum Monarchæ provincia perhumanum & hoſpitale. Ita corruptam violatamque puellam ducere in uxorem niſi admodum & abjectum, & cum ignominia conjunctum apud nos eſt. At virgines non dignantur conjugio viri Tenerpenſes neque calicutii, neque Taranaxari, neque Thebetii. hæc & alia hujuſmodi rei obſervantur, quæ ob brevitatis cauſa ommittuntur. ſicuti notarunt Marcus Polus itinerar. lib. 2. c. 37. & lib. 1. c. 36. Petrus Alvares navig. c. 11. Conſalvus Ovid. Hiſtor. Indicar. occident. lib. 1. c. 10. Odoardus Barboſa de India occident. c. 89. Pirrus lib. 3. c. 24. Aulicus Ferdin. Corteſius Relation. themiſtic. c. 13. Lucianus de Dea Syriaca. Boëtius de conſolat. philoſ. lib. 2. propo. 7. Strabo lib. 4. Erapiricus lib. 2. c. 24. & 25. Laërtius lib. 6. c. 1. Rodiginus lib. 17. c. 10. & 11 & plures alii.

12. Et ad materiam redeundo, Sciendum eſt etiam, quod licet variæ ſunt differentiæ odorum ut alii acres, alii ſuaves, alii acuti, alii acerbi; nam acutus odor dicitur ille, qui fortiter & celeriter ſine faſtidio ſenſum ferit; acerbus qui cum mordacitate pungit, gravis qui ſegniter & parum, vel potius cum fedo halitu offendit; ſuavis qui leviter gravis & jucundus eſt tamen omnia oriri ex varia corpuſculorum diſpoſitione : ut dixit Cardoſus lib. 5. philoſ. quæſt. 15. Et propter hanc cauſam non omnis odor eſt cuilibet perſonæ gratus, ob temperamenti diverſitatem. ſicuti accidit in pur-

gatione,

gatione, dum aliqui iiſdem rebus purgantur, quibus alli jucundè veſcuntur. & exempla extant plurima; ut quidam lacte hauſtu; nonnulli à carnibus ovillis commiſtis, alii ab aquæ potu, multi à vinis auſteris, alii denique ab aliis tum cibis, tum potibus purgantur, à quibus alii nec tantillum quidem commoventur. ut notavit Perraſtus de occult. pharmac. poteſtat. cap. 56. ita & in odore aliquando eſt viſum, quòd aliqui non poſſunt odorem ſentire floris roſarum & aranciorum. ut notavit Panciaroſ. obſervat. medic. obſer. 38. mulierem vidimus quæ quotieſcunque aquæ florum aranciorum odorem oleret, tantam adverſitatem habebat, ut animi deliquio corriperetur, niſi ei admota fuiſſet aqua. & homo jam fuit qui olfaciendo roſas, ſincope corripiebatur. Ita etiam ſunt aliqui odores aliquando nauſeam generantes, vomitum, tuſſes, ſingultum, &c. uti refert van Helmontius de ortu medicinæ cap. imago fermenti. ſunt enim odores, quibus dolores capitis, nauſeas, capitum tuſſes, ſingultum, vertigines, epilepſiam, & diſſenteriam movent, & alii odores urinam provocant ſecundū. Amatum Luſitanum cent. 1. curat. medicinal. curat. 28. & hoc per ea quæ dixit Ariſtoteles ſect. 1. probl. 49. quæ aërea & odorata ſunt, urinam cient, & aliquando acutas febres, furorem, & aliquando aliquod aliud adducuntur, expoſuit Bodenus lib. 4. theatri naturæ. vis odorum febres acutas, corrigiam adducit, & ſæpius homines adjicit ad furorem, quia repente cerebri medullas anteriores imbuit, Uti etiam putridi odores nauſeā generant. omnes enim ſubputridi odores ac fœtidi in omnibus homitibus mali ſunt. ſicuti ſcriptum reliquerunt Hippocrates & Cardanus ejus comm. Prognoſtico 41. & 42. Item Lucinus Lemnius de miraculis occultis naturæ lib. 2. cap. 10. fœdi odores itaque qui ex cadaveribus, locisque cenoſis

B ſtagnan-

ſtagnantibus, atque aërem inficiunt humidi calidique ratione. Item alii medicinæ odore purgantur ſecundum medicorum ſententiam, alii aſpectu ſolo pilularum, vel Medicinæ purgantis fuerunt evacuati: ſicut etiam alii allium commeſtum læthalia veneni ſymptomata excitavit, alii vinum, alii anguillas, & tandem hac nonnullis adverſum. recitat Libavius de Antipathia & alii ex odore mortem præſagiunt, opinantes odorem eſſe terrefracidum. ſicuti diffuſe notat Garmannus de miraculis mortis lib. 2. tit. 4. & tandem ſi ex locis bono odore fragrantibus prout notat Schottus lib. 4. tech. curioſæ c. 1. §. 3. fluant venti, maximum odorem percipimus; & ſi ex ſulphureis fluant, ſulphurei; ſi ex noxiis, noxii. Quo tempore circa urbem Herbipolernem vitiferi colles qui urbem totam ameno ſpectaculo, & divite proventa cingunt, incircuitu florent, odore gratiſſimo urbis univerſa profunditur. Dum roſæ florent é locis Fontenau & Raurigard quæ circa Pariſiorum urbem ſunt aër mira odoris ſuavitate delibutus naribus afflatur, & oleum tartari tali tempore factum odore roſaceo confragraſſe. cauſam hujus odoris vult Digbeus de pulvere ſympatet. quòd tunc temporis roſeta in florem ſe induerat, & aër atomis roſaceis plenus, & à tartaro, aut oleo actractus roſarum odores illis communicaverat, quod inde confirmatur, quia de floreſcentibus roſis odor ille ex oleo evanuit; & anno ſequenti ejuſdem refloreſcentibus rediit, quod non uno tantum, ſed pluribus ſubſequentibus annis obſervavit Dominicus Ferrier. Ita ubi opiata diſtillantur, vapores qui è vaſis alias ſatis arcte clauſis, nihilominus exhalare ſolent, ſomnum concilient, ita ut pharmacoporum & chimicorum famuli, quibus ignis regendi cura commiſſa fuerat ad fornacem pro ſummo ſomno correpti, inventi ſunt. quod ab aliis exhalationibus non accidit. Et vapores

res

res qui ex Mercurio & antimonio exhalant non ſine periculo cum ſpiritu attrahuntur. Et aqua in qua ſcoriæ reguli antimonii coctæ ſunt, acetum inſpergitur, tùm gravis fœtor excitatur. Et ſi aqua fortis, vel ſpiritus vitrioli limaturæ ferri affunditur, materia iſta incaleſcit. & flemmata concipit, & gravis odor inde expiret: & fumus plumbi & argenti vivi aurum corrodit. Ut expoſuit Sennertus de aſſenſu & conſenſu chymic. c. 11.

13. Et non ſolum odor diffunditur in humano genere, verum etiam in aliis animalibus. ut odor rutæ ſurpentibus noxius. Sicuti Ariſtoteles affirmat lib. 9. de Hiſtor. Animal. c. 6. ac etiam cervi odor. ſecnndum Plinium lib. 9. Hiſtor. Natural. c. 70. contrarium vero ut apud Teſtudinem ſecundum Bravum de ſapor. & odor. differ. ac obſervatum ex ipſa experientia pulices mori recentis pulegii incenſi: apes fugari fædis odoribus, & alliis, & canerorum uſtorum nitore examinari: eaſdem infenſas eſſe unguenta redolentibus: unguentorum odorem peſtiferum eſſe vulturibus· culices abjici Galbano accenſo, ſerpes nidore uſti cornua cervi, & mures nidore aduſtæ ungulæ ex mulo: muſcas etiam ſulphure ut expoſuit Scheindelius de corpore & anima hominis c. olfactus. ita laurus cujus folia ſtrata abigunt venenata ex edibus; decoctum nigellæ ſparſum in domo, pulices necat & abjicit; ſic etiam regulus fuget rutam; faſcini folia, & ſola ejus umbra fuget ſerpentes: taurus licet furens frucii alligatus, manſueſcit. culices non ingrediuntur, ubi eſt ſemen cumini, item ubi ſunt folia cannapis; thimelea ſolo odore vermes necat: origanum formicarum cellulis impoſitum, eos interfecit; folia ſambuci in caverna talpæ impoſita eam abigunt; & fumigatio ex Vitriolo mures fugat. expoſuit Silveſter Batray de cauſis ſympat. & antipat.

14. Et ſi queratur quid ſit faſcinàtio, obſerva-

 tur

tur nil aliud eſſe quam effluvia atomorum tranſmiſſa à corpore faſcinante in faſcinatum. ſicuti accidit in muliere menſtruante, tunc ſpeculum aſpiciente, maculas & guttas ſanguinis in eum tranſmittente de qua re fidem præſtant Fernelius lib. 7. cap. 7. Phyſologiæ. mulieres quæ purgantur., ſpiritus & vapor ab ore ſpecula atque eboris nitorem obſcurat. & Nancelivs in analog. microcoſ. lib. 10. probl. 1. refert mulieres quando ſanguis menſtruus defluit, intuito ſuo ſpeculum ſanguineis guttis ſæpe fædare, quod ex eo fieri videtur, quia ſpiritus, qui vapor ſanguinis eſt, quidam tenuiſſimus videtur eſſe, ut aſpectum fugiat oculorum, ſed in ſpeculi ſuperficie factus craſſior, clarè percipitur. ſic etiam Francaſtorius de ſympat. c. 23. ſpecula in quæ menſibus laborantes inſputant, ſpurca enim & ſquallore quodam, ac ſitu orbita redduntur. Unde ex iis concludere poſſumus, quod à muliere menſtruante tranſmittantur tunc atomi, & effluvia ſanguinea; pari modo à corpore faſcinante infaſcinatum. ſecundum notata ab Alberto Magno in 4. metaphyſ. tract. 3 cap. 1. faſcinatio eſt cum anima unius per viſum, vel aliam appropinquationem imaginationis impedit operationem alterius; & in ipſo effectu anima requiritur, ad hoc ut poſſit tranſmittere ſpiritum infaſcinantem cum effluviis: ſtante quòd imaginatio in conceptu ex ſententia Pomponiani eſt efficax, & eſt idea ad cujus exemplar virtus formatrix fætum effingit: ſtante quod ira & amor magis tunc imprimunt; ut canum morſus graviores ſunt, ſi irari mordeant; ſic efficaciora ſemina ſi ab amantibus ei aculentur, & in univerſum facultates corporis affectionibus animi roborantur. ut dixit Santorellus in aurea praxi medica lib. 2. c. 7. Et hominis irati morſus ſtatuitur maximè omnium noxus. ſicuti expoſuit Schivimmer in phyſ. ſecret. diſſert. 7. §. 5. Et ita dicimus

us quòd per talem conceptum faſcinationis in-
ſcinantem multa effluvia emittit. de qua re teſtis
t Plutarchus 5. probl. 7. cauſa harum rerum ſunt
ffluvia quæ ex tali ſurgentia corpore ad alios, &
:rveniunt, alioſque ledunt. idem notat Zachu-
s medic. pract. hiſtor. lib. 3. quæſt. 31. dicendo
ıòd ſit perniciofa quædam qualitas inventa mag-
tudine viſa per odium, vel amorem inflicta. Et
ɔn fit tantum ab ipſa viſione, qua tali infectio
:t, & mortificabitur adſpiciens; ſed à vapore
tro & venenoſo, quem ſuppetit halitus baſiliſci:
:ut & inficiunt putreſcentes in corpore humores,
trataque temperies. Dum vapor virulentus hu-
ſmodi proſiliens ex vapore vitiato aërem vici-
ım inficit. dixit Schevimmer in phyſica ſecret.
ſſert. 3. §. 30. & talis vapor nil aliud eſt, quàm
·aporatio humoris putridi; evaporatio verò ex
numerabilibus & inſenſibilibus corpuſculis com-
ɔſita, ubi auram liberiorem invenerit, mixte ſe
latando, omnia circumſita virulenta contagii
i virtute inficit. Et propter hanc cauſam ad faſci-
ıtionem requiritur præſentia proxima faſcinati ad
ſcinatorem, ad hoc ut melius poſſit recipere
mnia effluvia faſcinatoris. ut vult Picus Miran-
ıla de prænot. lib. 7. c. 6. faſcinatio in iraſcibili
ɔtentia ſequitur non in quamcumque diſtantiam,
ec in materiam duram, quæ non cadit ad reci-
iendas corporeorum ſpirituum impreſſiones: Et
inc provenit quòd non omnes acti ſunt ad faſci-
um, ſed tantum parvuli, & adoleſcentes, & alii
ui habent poros apertos, & non clauſos. ſicuti
ixit Galenus de diff. febrium. c. 3. corpora refer-
ıtos habentia poros, minus lædi ab aëre peſtilenti
c putri. idem confirmat Santorellus lib. 2. de mor-
i natura c. 7. denſum corpus minus obleditur à
ıuſis, quæ extrinſecus occuſantes offendunt mul-
ım ab internis; contra rarum facilè patitur à qua-

 vis

vis externa incurſione cauſarum, effugit verò injurias internarum: ratio eſt, quia quod rarum eſt, facilè excipit, quæ foras exiſtentia ingrediuntur; contra denſum quæ exſternis aditum præbet, neque internis vaporibus exitum permittit. Et propter hanc cauſam, ut plurimum occurrit in infantulis, ſicuti notat idem & Santorellus l. c. quis non videt nuper natos eſſe morbis obnoxios magis? eſſe pariter pueros ob ætatis mollitiem. Et hoc etiam procedit in inrationabilibus ſicuti canit Virgilius:

Neſcio quis teneros mihi faſcinat agnos

Et ſicuti diximus, non ſolum accidit in infantibus, verùm etiam in aliis in ætate conſtitutis. ut vult Francaſtorius de ſympat. c. 23. nihil prohibet non infantes ſolum, ſed grandiores faſcino affici, & provenit ob poros apertos habentes. uti dixit Tandlerus in diſſertat. de faſcino. tanto magis ſi concurrit amor, vel odium faſcinatoris, quia tunc magis imprimit. uti legitur apud Marolum de dieb. canicul. in verbo mulier. qui animam alicujus vehementem affectam, ait, in malevolentia habere impreſſionem nocumenti in aliquem maximè puerum, qui propter corporis teneritudinem eſt facilè ſuſceſſurus impreſſionem. Idem notat Alexand. Aphrod. probl. 2. n. 54. faſcinari cur aliqui poſſint, præſertimque pueri? qui facilè natura ſua permutari poſſunt, quòd propium eſt faſcinationi: tenerrimi enim ſunt pueri: Faſcinatio tandem devenit ab hominibus & mulieribus, quibus naturaliter peſtilens humor, à quo vapor exalatus in eo corpore generatur, vel ex egritudine præcedenti in corpore relinquitur, per quòd ita accidat, & hiſtoriis aliquibus probat Fonſcea de privileg. prægnantium & Marſilius Ficinus in Platonis convivium orat. 3. notat. faſcinatiò in pueris ab aſpectu ſenis & mulieris menſtrua patientis fit,

quia

ia virulentus aculeus ex oculis illorum exiens, ım à corde percutientis mittatur hominis perculſi ·æcordia quaſi regionem propiam repetit, & :dit in ſanguinem. Unde ſi ſic fit faſcinatio. Ergo :ſſat ratio Mizaldi memorab. centur. 6. num. 16. ıi refert quòd non ſunt oculi, ſed eſt vox in quo- ındam hominum maledica lingua.

15. Et quòd provenit ratione efluviorum tranſ- ıiſſorum à faſcinante in faſcinatum. dicunt etiam ıòd laudando faſcinatur: quia dum laudatur, da- ır propter lætitiam dilatatio cordis, & totius fa- ei & oculorum aditus, quodammodo aperitur eneno quod à faſcinatore circulatur. ut expoſuit rancaſtorius de ſympat. c. 23. & totum mediante ère ambiente, & ſecundum ſuam diſpoſitionem atitur, aut in tota ſubſtantia alteratur patiens. cuti dixit Galenus 3. de arte medendi c. 7 tanto nagis ſi occurrit intra orbem, quia illa quæ fit per mıſſionem ſpirituum inficientium ex oculorum artibus circa orbem jacentibus infectio propiè ici poteſt. ut notavit Goclenius in ſynartoſis nagnet. c. de ſigil. n. 47. ſicuti viſum eſt in familia ;eneroſa quempiam, qui ad aſpectum vetulæ fue- it examinatus, & aliquando cumvivio mortuus iatus. refert Weinrichius de ortu monſtruorum.

:. 17. Et ſic prohibendos eſſe infantes ne eos ad- pectent propinquius vetulæ: multo majus ut cum pſis dormiant. ut notavit Daniel Schivimmer in phyſica ſecret. diſſert. 13. §. 28. & rationem aſſi- gnat Campanella lib. 4. de ſenſu rerum dicendo, dormire enim, & converſari cum pueris, eſt ſibi ſpiritus multiplicari, & vivificare, & reviviſcere, è contrario eſt pueris, dùm eis vita breviatur & languida fit, & vetulis proficuum valde, quia ſic- cum paſſitur illorum blando humido. Quapropter ſiccis aridiſque coitu pinguium ſucciplenarum mulierum uti plurimum prodeſt: Phlegmaticis

verò gracilium ſiccarumque; & hac ratione proles optima quoque generatur. Et ſic ob talem effluvium ſalus & morbus de ſubjecto in ſubjectum tranſit, atque etiam obſervatum eſt, ſenes qui juvenum conſortio frequenter converſatione non interrupta uſi ſunt, longevos evaſiſſe, expertum hoc eſt in aliquibus Rhectoribus, & antiquis Sophiſtis, qui diu juvenculos auditores & diſcipulos habuerunt; tales fuerunt Gorgias, Pythagoras, Iſocrates, qui ad 100 annos vixerunt, & Grammaticorum aliqui ut orbilius, quibus id contingit, ex eo quod ſenum ſpiritus ex juvenum conſortio fuerunt non ſolum recreati, ſed aucti. ſicuti probat Reics Francus in campo clipſ, quæſt. 24. & 26., & ſi hoc eſt, parvuli apud ſanas mulieres erunt nutriendi, & non apud infectas & infirmas atque malæ condictionis.

16. Et quòd faſcinatio datur, affirmant Plutarchus & Philarchus, homines eſſe Pontum incolentes, qui ſolo intuitu in tabem reſolvant: idem in fæminis quibuſdam in Scythia quæ vocantur Birhiæ uti Apollonides tradit; & ſolinus refert Triballis & Illyriis innatam eſſe vim faſcinandi. Et Telchines Rhodii Populi omnia ſolo aſpectu in pejus commutaſſe ferunt. & Piarmi & Amaxorbii apud Olaum Magnum in faſcinandis hominibus ſunt inſtructiſſimi; & in Africa familias quaſdam extare voce & lingua faſcinantes. ſicuti narrant Iſigonus & Menphodorus & Gellius lib. 9. c. 4. ſcribit familias eſſe, quæ ſi fortè impenſius laudaverint; pulchras arbores, ſegetes lætiores, infantes ameniores, equos, pecudes, paſtu, atque vultu optimas: hæc omnia emoriuntur. & Fromm. de faſcinat. lib. 1. par. 1. ſection. 1. c. 4. ait Notiſſimam eſſe hiſtoriam cujuſdam Valentini Æquitis, qui cum ex gravi morbo convaluiſſet, patinas in menſa appoſitas, ſolo aſpectu, in partes

ſubitò

bitò diviſit, viſivæ ſolum actionis virtute novitatem admirandam inferens. Inſuper Joannes Idelhonſus apud Gutierrium dub. 3. n. 23. jurejurando affirmat, ſe obſervaſſe quendam convaleſcentem, cum à muliercula de vi faſcinandi ſuſpecta, aſpiceretur, illicò in cibi faſtidium & alia ferè læthalia accidentia incidiſſe; & alium verò & quidem honorificum quemdam ſacerdotem ex gravi egritudine adeò impurum ac infectum fuiſſe, ut omnes ſibi approximantes, niſi robuſtæ fuerint complexionis, ſtatim malo affectu infecerit.

Et nihil mirum ſecundum Gellium ſupra citatum ſi tota iſta mala qualitas in tota famalia, aut in deſcendentibus eſt diffuſa; quin etiam ſtigmata in quibuſdam familiis connata: ut ſparſis Thebanis lancea: Deleveo ejuſque poſteritati ancora in femore; Thieſtis cancer: Lentulis lentis: & Ciceronibus ciceris figura: Et in Lepidorum gente membranula oculum dextrum tegens. Et hæc non accidentaliter, ſed ex aliquo fine determinato orta ſunt, ut notavit Albertus Magnus in 2. phyſic. & ſecundum Platonicos ad ideas rerum formatrices; Hermetici verò ad ſtellarum influxus, Arabes verò ad intelligentias, Zoroaſter eas divinas literas vocat, & Syneſius ſymbolicas illecebras. Et quod totum natura agit propter aliquem finem, eſt in Italia viſum, quòd multi qui gloriantur ex familia divi Pauli, ſerpentis figuram ſublingua detinentis, & ſunt illi qui in die 25 Januarii oriuntur, ſicuti per me viſum eſt, & ſic dono ſanationis ſe prædictos gloriantur adverſus ſerpentes: ſicuti etiam & alii in Hiſpania ex familia divæ Catherinæ, hi rotæ figuram habere dicuntur; & ſi illi ſerpentes innoxiè tractant, hi accenſos carbones manu ſine noxa apprehendunt; Sicut & in Gallia ex ſtirpe S. Huberti ſe ſe profitentur, hi à rabido cane demorſos ſanare dicuntur; ſicut apud Belgas

filii feriæ ſextæ paraſcenas tertianas & quartanas curare creduntur; & Plinius lib. 7. natural. Hiſtor. c. 12. ait quòd etiam partes corporis naſcantur ad aliqua mirabiles, ſicut Pirro Regi pollex in dextro pede lienoſis medebatur.

17. Et etiam dicimus quòd propter atomos remanſos in rebus aliquibus, ipſa res eos atomos tranſmittunt ad alios: dicant queſo? à quo provenit quòd res linteæ maſculinæ magis favent vulneribus & ulceribus, è contra femininæ linteæ: à quo provenit quòd veſtes podagrici induti per alium, ipſeque alius incidit in podagram. uti notat Schultzius obſervat. 143. miſcellan. curioſ. anni 6. idem dicunt de dyſenteria, quæ inficit etiam eum, qui eodem in loco ubi dyſentericus excrementum depoſuit, ſuum deponit; dùm ibi atomi malignitate affecti, & reſidui uniunt ſe corpori ſano, idque etiam corrumpunt. ut notavit Schevimmer in phyſi. ſecretiori differt. 7. §. 7. Et quòd atomi infectæ remanſæ ſanum inficiunt. probat etiam Cardanus de venenis c. 14. dicendo; non oportet odorare fungos, non capſulam ubi ſerpentes jacuerint; nocent odore putrida omnia apollinaris, opium, mandragrora, cicuta, & ubi multæ rubetæ aut viperæ habitarint aut ſérpentes perniciores, ſpecus ubi reconditum fuit frumentum, adeo ut repente occidant; & ſepulchra & arcæ cum pannis reconditæ, & locus occluſus per aliquos dies calce illutus, & fumus argenti vivi & lignorum rhododendri, & fumus cárbonum, ſi locus ſit occluſus & calce illitus & metallorum quorundam fodinæ ſingula horum quandoque repentè occidunt. Ita & alii ſolo accubitu cum contagioſo cutis feditate attraxerant fæditatem. ut notat Melchior Fibre in obſervat. 97. miſcellan. curioſæ anni 3. Et hinc evenit, quòd magiſtrati deſpoſiti ad ſanitatem, obſervent, non homines

modo,

ɔodo, verum etiam advectas merces, ſi è ſuſpectiſ egionibus appulerint, tunc antea quam portum ngrediantur, aut in urbem ad commercia ſolita dmittantur loco ei rei deſtinato ad tempus præ- initum ſuffumigiis & abluitionibus expientur. ut mnibus notum. Et etiam leproſos à cæterorum mnium commercio ſegregari. uti legitur in Sa- ris paginis Numerorum 7. & Levitici 13. ita Ae- ius lib. 13. & 120. & Paulus lib. 14. Atquè Riola- ius ad lib. Fernenii de abditis rerum cauſis c. 14. iotat. quod Mortuus Lutetiæ novit Medicum, jui quoties dyſentericum inviſebat, toties ipſe dy- enteria corripiebatur, erat illi quidem non ſim- liciter contagioſa dyſenteria; qui infirmos ha- ent pulmones præ ceteris vitare debent phtyſi- orum anhelitum, qui ad phtyſim ſunt propen- iores.

Quæ omnia accidere poſſunt in veſtibus, & liis rebus, quæ inducta, tractata & abſumpta ali- juo temporis ſpatio. ut natat Jordanus in tractat. 1. le peſte. dicendo eamdem venenoſitatem pariet n corpore aſſumente, qualis etiam in ante infecto orruptoque fuerat, quòd in tabibus & lippienti- bus conſpicuum evadit: ſpiritus iſti ſivè exhalatio- nes, aut vapores, ut ut nominaris, ſi fuerint tena- ces, aut glutinoſi, ſimile producunt virus; quo etiam inanimes res affectæ quam diutiſſimo tem- pore illud conſervant; & per loca longiſſimoque ntervallo ſecum contagii principia conferunt. Et Bartholinus in epiſtola de transplant. morb. refert. eadem morborum ratio; hi bruta inficiunt, bruta homines, ſcabiemque vel peſtem invicem com- municant; in ſtabulis equis equi, boves bovibus, oves ovibus, vel tuſſim vel ſcabiem vel alios mor- bos afficiant, in quibus ſe exercent veterinarii: fumant enim ſtabula, ſudore madent corpora, ut facilis ſit, & per poros pellis & per patentia oris, narium-

nariumque foramina humorum malorum etiam ſine contactu immediato. Et ſi homo in hominem transfert ſuum malum, & infectionem ſui mali corporis; ſic animal in animalem, ita etiam planta in plantam; & ut poma à pomis, uva ab uvis putredinem concipere viſum ſæpe ſæpius. dixit Jordanus de peſte tract. ſ. ita etiam vite, una liveſcente, liveſcunt alia: de cauſa non eſt forma ſpecifica, ut cauſa principali, quo atomi vitis infectæ inficiunt etiam alias: hinc Patri familias ſunt maturius liveſcentes quaſi phtyſi laborantes, & eradicandæ ne proſerpat malum longius ut expoſuit Schivimmer in phyſica ſecretiori diſſertat. 7. §. 15.

18. Et propter effluvia tranſmiſſa, aut odorem à quolibet corpore provenit, quòd amulcta habeant aliquam efficaciam & virtutem: ut ad epilepſiam favet radix Peoniæ maſculinæ, foſſa luna decreſcente; collo appenſa. uti ſcripſerunt Georgius Hermes in arca Moſis verſ. 1. quia ſub certis & Brachia teſtudinis maſculinæ appenſa locis affectis, liberant ab arthritide. Schenelius obſervat. medicinal. 154. ſic ventriculum corroborat corallum rubrum, ſi orificio ventriculi appenditur. dixit Julius Reicheltus de amuletis §. 61. & etiam omnes ſanguinis fluores, menſtrua item immoderata, ſeminis profluvium in maſculis albi uteri fluores cohibeat. ut dixerunt Franciſcus Rucus lib.2. c. 19. de Gemmis. Dioſcorides & Matthiolus lib. 5. c. 97. Plinius lib. 32. c. 2. Caſius lib. 4. par. 5. c. 7. & Georgius Agricola lib. 4. c. 19. de natura foſſilium. Et tanta enim eſt ſympathia ejus cum homine, ut colorem mutet, ſi morbus vel ineſt, vel abſit. Sic pannerïtium ſanat pellis vel cruor talpæ. ut dixit Georgius Hermes de hiſtoria Mundi: & quartanam ſolvit avellana appenſa inquam fuerit incluſa aranea, ut expoſuit Mulerus in myſteria

medica

edica c. de quartana. & Brachiis alligata aranea, vitur quartana, notavit Silveſter Ratray de cau- ſympat. & antipat. Ita etiam contra mala medi- menta prodeſt artemiſia geſtata. docet Goclc- us in ſynartoſes magnet. verſ. Plinius. pariter iiragdum geſtatum ventriculo favere: hyacin- m pro cordis viribus juvare videmus; chelido- um oculorum aciem acuere conſtat: chriſtallum llere vertiginem, jaſpidem accelerare partum, ıſonium amovere tumores. ut Platerus in baſi- :a. centuria poſtuma q. 91. theor prima & Al- :rtus de virtutibus lapid. quæ omnia vera obſer- ıntur; dùm videmus etiam quòd animalia in- tionabilia anucletis etiam utantur, ut Palumbæ ·o annuleto laurinos ramos tenues colligunt ad ıſtodiam pullerum in nidos imponunt, Milui au- :m rhamnum; Circi cicorium ſilveſtre: Turte- :s iridis fructum; corvi viticem, upupe diantum) uod & gallitricum aliqui vocant, cornix ver- enam; Andreolæ canerum; Perdices arundinis oncam eligunt; Turdi ramo mirti, gramine lauda ſe tuetur: Aquilæ aetite quem & mulieri- us commodum eſt at abortibus adverſari predi- ant. notavit Elianus lib. 1. animal. c. 137. ac etiam robatum eſt, ſæpè cantharides non ſolum genu c peni admotas, ſed etiam in pera geſtatas mictum ınguinis provocare, ex variis exemplis compro- ıat Schenchius lib. 7. obſervat. medicin. obſer. 24. & 127. & Theliphonum quadrupes quaſcum- ue eadem die enecat, ſi genitalibus folium, vel adicula imponatur, Thymelea boum vulcere ver- nicoſo laborantium collio ſuſpenſa vermes enecat. lixit Theophraſtus lib. 1. de Hiſtor. plantarum :. 14. & ventri Mulieris inpoſita partum extinguit. egitur in Dioſcoride lib. 4. c. 167. & nemoralis ufo per medium ventrem in longum ſectus, & umbis impoſitus, ac alligatus aſcitem curat,

aquam

aquam per viam urinæ educendo. Et expoſuit Darigrana tract. 12. c. 4. Et ſi lino marinæ purpuræ ſanguine infecto, ex quo Vipera ſit prætocata, collum pariſthimiis laborantis obnunciatur curari. notat Bergamenus in lib. 6. Galeni ſimplic. ita jaſpis indicus ad omnem ſanguinis fluxum reprimendum valet, ſi parti à quà fluit ſanguis proximè alligetur. ut in Monarde par. 1. de medendi rat. colligitur. ita etiam Nephriticus lapis ad curandos & precavendos dolores hepatis, ardorem renum mitigandum arenulas & calculum expellendum mirum in modum prodeſt. notat Rinardus l. c. & ſtercus album lupi ventri ut ilia attingat alligatum, dolores colicos ſolvit. Galenus refert lib. 10. de ſimp. medic. facult. & umbilici infantis fruſtum annulo ſic incluſum, ut carnem attingat. colicos dolores demulcet ex Tralliani auctoritate lib. 10. & recenſiorum experimento. idem præſtat corvinus lapis, in corvi piſcis capite inventus, ſi palpitante piſce, menſe majo, & creſcente luna extractus, brachio ſiniſtro alligetur ex Camillo Leonardo lib. 2. eadem experientia favente, & à non nullis folia ſambuci ad imitationem digitorum manus propiè affecta, & tuſa carpis ad tertianæ curationem ammoventur: Et colocynthis, agaricus, ungues & multa alia umbillico ventrique applicata alvum commovent, niſi effluvia admittas per poros corporis patentiaque foramina ſeſe intuentia dixit Bartholinus in lib. de transplant. morbor. & de his plura apud Trallianum lib. 11, c. ultimo. & paſſim apud Dioſcoridem, Plinium, Marcellum Empiricum Arnaldum de villa nova de phyſicis ligaturis. Fernelium lib. 1. de abditis rerum cauſis, atque alios recentiores varios.

19. At ſi effluvia tranſmiſſa à corpore quolibet poſſunt ab aliquo minerali, vegetabili, rationali, vel irrationali ſimili in aliquo recipi tanquam au-

reoſus

ıs avis, qui ab aſpectu icterici moretur, attra-
do egritudinem ad ſe. ſicuti dixit Silveſter Ra-
de cauſis ſympat. & antipat. & talis receptio in
rbis, & malis à modernis vocatur transplanta-
undè orta eſt morborum & malorum tranſ-
ıtatio; tanto magis quòd accidens etiam ex-
tum à ſuo principali, ſequitur ſemper naturam
rincipalis ſæcundum leges peritos. ſicuti viſum
rimo in excrementis, obſervatur nocere viris
pueris, præcipue ſi carbones vivos ſulphur in-
ſum, ferrum candens in ſtercora eorumdem
nittamus, nocemur & vavis &c. ſi earum lac
ignem projiciamus: & forſitan ob hæc in lege
ſis prohibitum erat, ne caro hæduli in matris
e coqueretur, dolores enim matri, & lactis
ıuriam & defectum faceret. 2. in telo finto ſan-
ne vulnerati cum unguento armario unto; tunc
ulvis ſuper telum cadat nec ventus afflet, in loco
gido, aliter patietur infirmus. dixerunt omnes
D. loquentes de unguento armario. 3. naſus ex
ena carne refactus, tantum durat uſque quò vi-
ille, à quo fuit extractus, nam eo mortuo,
cidit ex putredine & tabe docet ſervius de un-
ento armario. 4. puer, ſeu infans recenter natus
pe iiſdem torminibus afficitur, quibus Mater ante
ſum umbillici. dixit Silveſter Ratray de cauſis
np. & antipatiæ. 5. ſi ſecundina non combura-
, aut ſepelliatur, damnum affert mulieri. Vi-
is de ſympath. phyſi. theol. 6. ſi quisdam pares
clibano integra cruſta à mica divelluntur. 7. ſi
llina ovis incubante, ſi in iiſdem edibus ovum
ne aſſetur, intereant pulli excluſioni vicini.
Si verſicatorium aliquod impoſueris excremen-
adhuc calcentibus inteſtina coroſione afficien-
r: item piſa frixa injecta excrementis, tot puſtu-
in podice excitabunt, quòt piſa. dixerunt Sil-
ſter Ratray de cauſis ſymp. & antipat. & Vitalis
de

de ſympath. phyſ. theol. 9. Si radicem verberæ reverſam reævæ, extremamque ejus partem laborantis collo ſubnectas, priorem partem in fumo ſuſpendas; areſcente enim ea, ſtrumæ quoque ſiccabuntur, & omnis earum humor areſcet, unde pars extrema coadheret naturam alterius partis majoris, & illa in morbum. ſi credere velimus Marcello Empirico de medic. empyr. c 15. Et ſic ſequitur, quòd acceſſorium licet ſit extractum à ſuo principali, ſequitur ſemper naturam ſui principalis; & ex hac lege provenit quòd res congruæ applicatæ excrementis, lotio, urina, ſaliva, unguibus, capillis, veſtibus, &c. adhibent tanquam ſi eſſent annexæ ſuis principalibus, & hoc propter effluvia ſimilia habentes: & ſunt ſicut in muſica conſonantes, ut ſi una teſtudo pulſetur, alia abſque pulſatione reſonat, ſicuti paſſim mechanice oſtenditur: aut ſicut cæli partes conſonantes, quæ ſunt omnes aſpectus, antiſcia, & contra antiſcia omneſque partes ratione ſtellarum errantium & fixarum ſicuti Arabes & Caldei atque Latini experti ſunt. & datam a parte cæli ratione planetæ. aliæ uti conſonantes reſonant in motu & aſpectu &c. Quæ omnia ſupradicta probari poſſunt per diverſos morbos, & infirmitates. & primo per transplantationem in animalibus, ut cronicam febrem per avenam ſacculo incluſam per triduum ventriculi regioni impoſitam, tandemque porco datam, mederi, ait Zeilerus cent. 1. quæſt. 66. & qui occulto morbo laborat, tunc immergatur in balneo lacte, & lac porcis poſtea datum ipſi reaſumunt morbum, & ille liberabitur. expoſuit Bartholinus de transplant. morbor. & ſcabioſus quidam pabulum equi urina ſua conſperſum, equo tradidit comedendum, tunc ipſe liberabitur, & equus ſcabioſus evadit. notat Samuel Haferrerius in pandoſion de veter. affection. c. 3. lib. 3. & podagricos

icos dolores miteſcere valet caro cruda bubula
lictis pedibus applicata, & detenta aliquandiu
per eos, & poſtea remota, & canibus ad man-
candum data. Frommand. de faſcinatione lib. 1.
1. ſection. 2. c. 1. ac in canes frequentius morbi
nsferantur, ſi accipiatur tunc lotium acceſſionis
mpore indiſpoſitionis, & cum eo aliquid ad
anducandum concoquatur & ſi hoc cani fame-
o ad manducandum exhibeatur, & id ter repe-
um, tunc ſanitatem conſequitur, & pro ægroto
nem laborare. ut Milzaldus expoſuit centuria. 6.
emor. 38. ac etiam in morbo contagioſo canem
cum habere bonum, dùm ipſe liberabitur, canis
rotabitur. Frommand. l. c. at etiam icterus cu-
tur ſi ſanguinem callentem ægri includendo pu-
mini ovi, & carne miſtum canibus exhibendo,
ſic transfertur ægritudo ipſa. Sylveſter Ratray
: cauſis ſympat. & antipat. & ad dolores colli ju-
im vaccarum in mulieribus, bovum verò viris
ponebatur. Borellus refert de curation. ſympat.
t per tranſplantationem in homine, ut multipli-
itio lactis fit per attractionem alterius feminæ.
italis de ſympat. phyſica theolog. q. 3. & in amo-
: conciliando accipiunt ſanguinem diſtillatum
ım vino. Tenzelius in medic. diaſtrea c. 8. Et per
ansplantationem in inſectis, ut in febribus ovum
c urina ægri inſtante paroxyſmo concreta ebul-
at, donec tota humiditas ſit abſumpta, tunc ex-
orticatum ovum ſterquilinio immittatur, &
uam cito à formicis conſumatur, tàm promptè
ebris ceſſat. Bartholinus de transplantat morb.
t podagricos dolores miteſcere, ſi ungues abſciſſi
x loco affecto, & collo ranæ ſuſpenſi fuerint, &
am tandem ad lacum demiſſam. dixit Frommand.
e faſcinat. lib. 1. par. 1. ſection. 2. c. 1. Et per
ansplantationem volatilium, ut in quartana ca-
illos patientis cum aliis in corpore aſperſis per-

 mixto

mixto ovo imponunt duriter coquunt, & avibus diglutienda objiciunt. per relata à Scrodero lib. 5. pharmacopeæ medi. chym. claſſ. 1. §. 23. Et per transplantationem aquatilium morbos plerumque curare intendunt, ſi recisi ungues in manibus pedibuſque ægrorum, alligentur piſci vivo, & in mare dimittatur poſtea piſcis. refert Bartholinus l. c. vel recens ovum in urina ægri ebulliat, & in piſcinam ubi piſces ſunt conjiciatur, expoſuit Beckherus in microcoſmo medico lib. 1. c. de urina; & per transplantationem metallorum, ut lues venerea & cancri perſanari dicuntur, ſi baltheas mercurio illitus, corporique applicatus, profundè in terram demergatur Barthol. l. c. & per transplantationem vegetabilium in omni malo, tunc herbæ congruæ ad caminum exiccatione, vel, ſub fimo repoſitione; & dum putreſcunt, & exiccantur, malum etiam quòd tetigerunt curatur. notat Petrus Borellus de curat. ſympat. & ad dolorem dentium, ramum ſalicis dentibus affricant, & fumo camini exponunt. Bartholinus ubi ſupra. & Hæmorrhoides ſi tangantur tuperuſa radice chondrillæ, ſiccari. Si chondrilla ſiccatur, corrumpi verò ſi corrumpatur. ut expoſuit Petrus Caſtellus ac etiam in folia ſæpe vetulæ calabricæ morbos transferebant. dixit Barthol. de transplant. morb. & ad dolorem brachii corallos etiam rubros cum foliis quercus contuſos partique affectæ ad ſuppurationem uſque impoſitos in foramine radicis quercus orientis verſus ſpectantis manè tenebra factum immittebant, & cum eo ex eodem arbore obturabant, dolor indè planè ceſſat. Salmut. cent. 3. obſervat. 34. & ad febres, ungues digitorum manuum pedumque reciſos ſambuco perforato poſitæ, & poſtea foramen obturatum, ſanitas inde recuperabitur. ſcriptum reliquit Frommand. de faſcinat. lib. 3. par. 10. ſect. 2. quæſtio. 1. c. 5. Et ad febres

magnas

gnas grana juniperi immatura, quæ viridis ſunt oris in mortario contuſa, & cum modicò ſalis xta, capiti, cordique dorſo, & plantis pedum ponantur, exiccata terra mandantur. Scribit melius inſpargir. tripart. p. 397. atque icterum ant mane ante ſolis ortum effodiendo cichom in foveolam icterici urinam mittunt, & horium in eodem loco reponunt, ſub terra prorecondunt. dixit Fidericus Hoffmannus de thodo med. p. 332. & ad modicum menſtruon fluxum cohibendum, ſunt qui panno menio ſanguine imbutum certo tempore ceraſi ice in cortice apertè indunt, inciſuramque ite-n operiunt Frommand. l. c. & ad melancholiam ochondriacam bonum eſt ſanguis è vena frontis roſarum fractrice defodere, tempore quo roſæ ent. Frommand. l. c. ita Hydropicus liberaur ob perſicariam lateri applicatam & deinde ad reſcendum defoſſam. Expoſuit Andreas Libas de unguento armar. Et tandem per transplanonem elementorum & c. ut in curatione icteri conſumptionem urinæ patientis ovi putamine luſæ ad lentum ignem, ſic lactis exiccatio in mmis ad ejuſdem evulſionem ad ignem. expo- Vitalis de ſympat. phylo. theol. quæſt. 3. & iam ſanguine imbutam in cineribus calidis pom menſes ſiſtere Panciarolus in faſciculo arca-um. Et radix Tanuri urinæ patientis infuſa, poſtea ſi comburatur, icterum curat dixit Silter Ratray de ſympat. vel icteri linteum pergunt, atque in aëre ſiccari permittunt, & hoc quoties mingendi neceſſitate compulſi repetunt: inteum flavedinem contrahit, patiens verò tinam ſanitatem recuperat. Frommand. de inat. lib. 3. par. 10. ſect. 2. c. 5. quæſt. 1. & ſannem fluentem ſiſtere, tunc miſce ſanguinem vulnere fluentem cum propiò ſtercore, & po-

natur in olla ad deſiccandum aëre libero. narrat Georgius Hermes de Hiſtoria Mundi fol. 143. & ſequentibus. & in lienis tumore per ſuſpenſionem lienis alterius animalis ad fumum in camino, nam ubi hæc exſiccari ceperit, ſenſim exſiccatur & ille. Vitalis l. c. & Hidropicos veſica bubula ægrotantis lotio repleta in fumo ſomante aliquandiu ſuſpenſa, & deinde effuſo lotio, ac veſica in cloaca conjecta detumeſcere. vult Jo. Leſclius de podagræ ſection. 2. memb. 2. art. 2. ſubt. 5. & tandem lardo perficatas verveas, & poſtea in terram defoſſo evanuiſſe. notat Barthol. de transplant. morb.

20. Ac etiam ex hoc provenit quòd caro recens ſit magis proficua, quam quando tenera facta eſt; ſtante quòd tunc atomi vitales & animales non ſunt totaliter egreſſæ; contrario verò quando non eſt recens. ſicuti docet Hippocrates 182. de dieta. recentia omnia dicit ille plus virium al ii præbent, quòd viventi ſunt propinquiora, victa verò & macida recentibus exceduntur magis, quoad putredinem magis accedant, & carnes recentes ſunt robuſtiſſimæ; & propter hanc cauſam placent magis recentes brutis, quam victæ. ſicut expoſuit Mercurialis variar. lectionum lib. 2. c. 7. & non ſolum à carnibus de mortuis abhorrent quædam animalia, verum etiam veſtibus eorum, quæ maximè in funere fuerunt. ut inter alia obſervatur in tineis, ideſt quòd a tineis non attingantur. ſicuti expoſuit Silveſter Ratray de cauſis ſymp. & antip. Et propter hanc cauſam dixit Paracelſus quòd cranium hominis vivi eſt majoris roboris, quàm mortui, propter ſpiritus ibi remanſos. Et an hoc ſit verum obſervatur quod ſi res, ferrum ignitum, piſa ferventia, vel aliud quid ad excrementum recens ponatur, ſtatim ſentiet dolores poſitivos tantum, aut vix ſedere queat, quòd non obſervatur in non recenti. uti placuit Schivimmer in phyſica

ıyſica ſecretior. diſſert. 5. §. 7. & probatur etiam urina recente maſculi, ſi lucerta ſuffocetur, ceſ-ıet tunc potentia generandi. Ut voluit Goclenius mirab. naturæ. idem refert quoad ſanguinem lidum humanum adhuc fumantem ſorbſum ho-inis comitiali morbo laborantis, ſanguinem re-ꞁuere & curare; antiqua medicorum eſt ſenten-. id quòd etiam de cranio humano violenta ɔrte obeuntis medicorum filii ſingulariter prædi-ıt. Et dentem hominis violenta morte mortui icaciſſime homini dolore gingivarum laboranti ɔdeſſe ſcribit Apollonius. Ut notavit Schivim-ꞅr in phyſ. ſecretiori diſſert. 5. §. 1. Et quod in is rebus recentibus aliqui ſpiritus etiamſi ſint de rpore excrementa obſervantur quòd ſi ex ſangui-humano accipiatur ejus ſpiritus, qui poſtea po-tur in vaſe vitreo hermeticè clauſo, per eum tum naturalem, ſeu ſanitatem, vel præter natu-em ſeu morbum, etiamſi homo longiſſime ab-ıs obſtendere, conturbetur ſic, vel ſic ubi homo rotet, clarus vero maneat ubi ſanitas perteme-ret expoſuit Schivimmer l. 1. ÿ. 11. idem etiam erunt de quolibet excremento mediante ejus ſpi-u extracto. Morbum verò qui vexat infirmum i pacto poſtea explorant aliqui, comprehenden-ı qualitatem vitii & partem viſcerum per ac-ptionem catuli fæte canis lactantis die ac nocte m eo, qui laborat accumbentis: is poſtea canis tus inſpicientis propter tranſlationem morbi in ı, ita tamen ut æger ei lac de ſuo ore infundat, ım tamen catulum cum fuerit excretus obrui o-ɔrtet, nec abs re eſt, ſi triduo idem catulus vivens ım ægro maneat, vitiumque enim ægri tranſire ɔlentes in eum, adeò ut moriatur catulus, ho-inemque morbis latentibus revelet ſicuti nobis ſi-m preſtat Marcellus de medicam. empyr. cap. 27. ertiò, idem etiam concurrit in naſo ex aliena car-

ne refectus, nam illo mortuo, ſtatim naſus de illo cecidit corrumpendo ut expoſuit Servius de unguento armario n. 82. naſus ex propia ægri carne reſtitutus tanquam contabuerit, qui vero ex aliena carne, tamdiù incolumis fuerit, quamdiu alter homo è cujus carne refectus fuit naſus vixerit; nam eo mortuo, ſenſim contabuit adnatus naſus, ac tabe & putredine confectus decidet: & ſic ſpirituum è vivente homine ad naſum effluvio. & in hac ſententia concurrit Sennertus lib. 5. inſtitut. medicinal. c. 14. ſicuti etiam labiorum inciſionem deſcribit ſimili modo Pareus lib. 22. oper. chirurg. cap. 2. Quartò; & in diſſenteria etiam obſervatur quòd ubi diſſentericus ſuum excrementum depoſuerit, ſuum alius deponat & maxime ſi ſit recens, & tunc atomi unius uniuntur cum alterius atomis & quia primæ ſunt malignitate infectæ propter talem unionem corrumpunt alios de corpore ſano, & per conſequens corpus ſanum incidit in diſſenteriam. Ut vult Michael Schivimmer in phyſ. ſecretiori diſſert. 5. §. 7. & tandem idem accidit in gladio vel cultro vel alio inſtrumento, quo aliquis fuit vulneratus, & ſtudioſè obſervent, ne veneno fortè inficiatur, ne malignitas ejus communicetur vulneri, quia ſanguini gladio communicato adherentes atomi veneno male affectæ, inficiunt etiam illas in vulnere, impediunt hinc ſanationem: Ut Schivimmer notavit §. 13. loco citato.

21. Et non ſolum hoc concurrit in animalibus, verum etiam de vegetabili in animalibus, dùm obſervatur in puella Maſſilienſi, quæ morum geſtabat in prima frontis piloſa parte ex imaginatione matris utero gerentis, quod veris initio, dùm ejus ſpecie arbores ſurgunt, intumeſcebat, & vireſcebat; & poſtmodum rubeſcebat, & nigreſcebat, uti ejuſmodi fructus ad maturitatem perfectam pertingere ſolent: deciſis ex arbore fructibus; & foliis, planus

ius remanebat locus ad proximum ver, ut expreſ-
è obſervavit Albertus medicus ſecundum notata à
Petro Servio de unguento armario, n. 81. idem con-
firmat van Helmontius de vi magnetica dicendo
eſto ſcilicet gravida, quæ ceraſum appetat alienum
digito ſibi frontem ſcalpat, extra dubium fætus in
fronte ſignatur, ceraſi imagine quæ deinceps ſin-
gulis annis viridеſcit, albeſcit, flaveſcit, & tan-
dem ruber juxta tenorem temporum.

22. Idem obſervatur in plantis, & aliis rebus, ut ſi vitis floreſcit, turbatur etiam vinum ex ipſa vite extractum, ut refert Johannis Baptiſta Helmontius de magn. vulner. curat. unde Mercatores vinarii in hac æque; ac aliis regionibus vino abundantibus notant, tempore quo vineæ floreſcunt, vinum in cella fervere, ac deſpumare, quaſi fæcemque quandam albam ſpumando excernere, quā opinor viri florem appellant in qua vini ſuperficie ſeponere; qui vini fervor eo uſque durat donec è vitibus flores deciderint, atque tùm demùm deferbuit, poſitoque fervoris eſtu, ad ingenium rediti. ut notavit Digbeus de pulvere ſympatetico. id etiam expreſſe apparet in cereviſiis turbantibus dùm hordeum floret. dixit van Helmontius de vi magnetica. & eadem de cauſa vult Digbeus l. c. manile rubro mori vel vini colore maculatum facili opera expurgatur ſi ea tempeſtate qua hæ plantæ in florem ſe aperiunt laventur, alio verò tempore & opera lixivium in his maculis elimandis perditur. Ita terra ex nilo deſumpta, & domi in vaſe vitreo ſervata, nunquam obſervatur gravior, niſi tempore quo nilus geſtiat ebullire: ut dixit Schivimmer in phyſica ſecret. diſſert. 3. §. 14. ita etiam obſervatur in pane extracto de furno & cultro diviſo calido, lędere panes reliquos, & corticem, & reliqua medulla ſecedere expoſuit Kircherus l. 3. de arte magnetica par. 6. c. 1. ſic etiam narrat ſi fa-

rina ex tritico, eo tempore quo in agris germinent coquatur, pultes non ſpiſſentur, ſed longiori coctione magis magisque colliqueſcant: & ſi grana ſeminalia in ſaccis quibus farina fuit adhæſit, grana ſeminalia inficiant, & perinde grana adurant omnia, quæ farina tali cocta, ubi farina ex qua panis piſtus adherebatur: & tandem ſæpè plantæ areſcunt, quarum ramulis cadavera ornata, quod effluvia cadaveris fuerint iſtis odioſa, eaque corrumpunt, & corrupta, ibi corrumpunt etiam ipſam plantam; hinc hortulani non libenter pro ornandis cadaveribus eas vendunt: ſic etiam ſæpius areſcunt plantæ ſi furtiva manus ſatiet iſtas; experientia etiam teſtatur, arbores perpetuo vitæ tempore quaſi triſtitia macerari, nec ex voto fertiles eſſe, quarum primitivæ furto ſublatæ. ut notavit Schivimmer l. c. diſſert. 7. & 8.

Et non ſolum odor ſeu effluvia in animalibus rationalibus & in rationalibus locum habent, verùm etiam in vegetabilibus. dùm ſi terra virgo quantum ſatis, quæ nunquam ſemine animalis vegetabilis aut mineralis impregnata fuerat, & collocatur in loco alto in ſumitate pali; aut in vaſe aliquo longe à ſeminali aliqua mixtura; ſucceſſu temporis ingravidabitur ſemine herbarum naturaliter illis ſuptus jacentium, & creſcentium, ex earum vaporationibus: Et hoc ſerio notandum, quòd poſt productas plantas remanet terra virgo in eodem pondere & quantitate: uti noſtra obſervatio ſæpius repetita docet. Et idem etiam confirmat Silveſter Ratray in cauſis ſymp. & antipat. & ejus rationem oſtendit van Helmontius de ortu medic. c. imago ferventi. dicendo inter alia, quòd odor ſit ſymbolum fermenti, & hinc ſeminariam tranſmutationis cauſam continet ſicuti obſervatur cum baſiliconis planta. odor enim baſiliconis ſemini incluſus herbam illam producit, cum enim aura

illa

a exiſtente,qui ſi per flavedinem immutetur,ſcor-
ones veros producit; ſicut etiam aliæ plantæ
im proximæ ſint aliarum plantarum non gene-
nt vel areſcunt: ut braſſica cyclamino vel origano
ppoſita; vel juxta ſata areſcit. cucumeres cum
ea inimicitiam habent; quercus oleæ adverſa-
r; vitis aborreſcit laurum, arundo flaveſcit
oſita felicibus, cicuta à vite areſcit, nucis umbra
oximis arboribus & vegetabilibus exitioſa, la-
endula herbis proximè ſatis inimica; mandragora
tibus nocet; ſalix inimica frugibus, ruta cum
aſilico non creſcit, roſam aborrent cæpæ. ruta
cutam odit. Sigillum B.M. adverſatur braſſicam:
obanche legumina omnia; & hedera arboribus
mnibus exitioſa.

Ita etiam aliæ plantæ aliis plantis aſſociare gau-
ent, & ſæpè roborantur ut vitis vulmo gaudet.
ipini vitem meliorem reddunt, raphanus hermo-
actilos meliores facit,olea amica viti. felix reſiſtit
umenti corruptioni: aſparragus delectatur arun-
ineis nam ille melius creſcit: lilia roſis applan-
ta roborantur & fragantia obſervantur, ac etiam
im aliis platanus gaudet. Caſtanea moro delecta-
ir, & fere omnibus aliis arboribus, punica malus
im omnibus aſſociari deſiderat, ficus moro &
atano conjungi cupit, pirus amigdalo terebinto,
: moro inſeri vult, ruta nympheæ bene accreſcit,
: cum fico ſe mutuo amant, ficus nepetæ con-
ortio delectantur, pulegium aſparagum amat,
garicus cædro accreſcit;papaver rheas & triticum
utuo conſortio delectantur, & taxorum umbris
audent aconici & ſolani ſpecies. ut diffuſe notavit
lveſter Ratray de cauſis ſymp. & antipat. Ac
iam odor mineralium generat diverſa, ſicuti ato-
i Saturninæ, dum plumbum funditur in pulmo-
es trahantur, quæ vi ſua maligna cordi cerebro &
irtibus nervoſis & membranoſis adverſa, & ſym-

 ptomata

ptomata excitent, ut dixit Hermanus Cumeus obſervat. 131. miſcellaniæ phyſic. curioſ anni 3. & corpuſcula fumantis mercurii quantumvis minutiſſima malum præſtant membris & nervis omnibus corporis. ſicuti probat Bartholinus in acta medica anni 1673. n. 79. Peterſonius Teuto, ferreis æreisque laminis inaurandis vitam apud nos tollerans, dum ſuperiori hyeme aliquandiu in cautius lamellas ſuas amalgamate excercet, in conclavi ſpiraculis camini deſtituto, adeoque haurit liberaliter ore & naribus infauſtos argenti vivi fumos, ſentit, paulatim capitis vertiginem, ut gravitatem, pectoriſque anguſtias adeòque crebras & enormes, ut actum de vita ſua putaret, & remedia, ſi qua liceret deſperabundo ſuccurrere, circumſpiceret. Et vocatus in auxilium, obſervo vires in corpore licet juvenili collapſas, faciem cadaveroſam, oppreſſionem pulſus, tremorem membrorum, turbata omnia.

24. Ita etiam animalium odor transmittitur in plantis omnibus cum eis commorantibus; ut ſerpentes & buffones reddunt plantas cavernis ſuis accreſcentes venenatas, quòd verificatur in ſalvia infecta halitu Buffonis. Ut notat Silveſter Ratray. l. c. quam opinionem confirmat Kircherus de Peſte, ſectio 1. §. 4. dum refert halitus enim cadaverum venenoſos terræ poros penetrans, dum ſe radicibus herbarum inſinuat, eas illa qualitate qua ipſe pollet, imbuit. ſecundo obſervatum fuit teſte Andrea Gablo peſte Tiroleñſi comitatui imminente, ſubterranea in alpibus animalia, mures, glires, talpas, taxos ſerpentes montium antris & latebris præter morem deſertis, mediis ſeſe campis non ſine communi germinum, holerum, fructumque detrimento infudiſſe hæc ille. undè vitiataque terra, vitiantur & omnia reliqua, quæ ab ea producuntur. ſicuti probat Galenus de elementis c. 9. ſata atque plantæ cum terram ſubeunt, trahit unumquodque

quòd

ıd terræ ineſt ſuæ naturæ conſentaneum, cum
ò id, quod trahitur inquinatum ſit, coguntur
etiam inquinari. Et illud quod eſt plus quædum
ım plantæ ſuccos omnes amaros, acres, dulces,
dos, in ſuam naturam convertunt; ut coloquin-
ı reddit omnes ad radicem ſparſas amaras. ut di-
Silveſter Ratray l. c. ita etiam eundem effectum
nonſtrant ſeu cauſant mineralia, ſtante quòd
neræ perpetuo expirant effluvia & halitus ſuos,
bus alterantur & terræ & plantæ. ſicuti dixit
ıivimmer in phyſ. curioſa diſſert. 8. §. 7. & quod
ntæ attrahunt ex mineris ſua effluvia compro-
Hiſtoria naturalis apud Alexandrum ab Alexan-
ı lib. 4. genial. dierum c. 9. qui narrat in citeriori
rmania intra Danubium loca eſſe, in quibus vi-
ordinario privilegio naturæ claviculos, & ple-
nque candicantia folea ex puro auro germinent,
ımul coaleſcant, quia vites etiam, ut ita dicam,
ıelicæ prætioſi metalli attrahunt radicibus ato-
ıs aureos nam ibi ſunt aurifodinæ. quam opi-
ınem confirmat Cyzlerus in Iſagoge phyſico
dica. in verbo vitis experientia teſtatum fecit
citeriore germania intra Danubium vites emer-
e quæ claviculas & folea auro ferant; idemque
Pannonia eveniſſe ferunt, cujus rei cauſam auri
inis ſub vite latentibus rectè adſcribunt. Et cam-
ıella etiam in quæſtion. phyſiol. 18. artic. 2.
atur. Arbores ſuper mineram ferri naſcentes
patria ſua non poſſe accendi, nec aquis ſuper
are, ſicut nec ferrum.

25. Sic etiam experimur à Leporis tranſeuntis
le, tam fortem telluri qualitatem imprimi, ut
n canes longe poſt tempore odorentur: vapo-
ı à vulpino corpore miſſum venatores ipſi ad
gnam diſtantiam diù etiam poſt diſceſſum vul-
præſentiunt: cæpæ & allium à longiquo lacri-
s ex oculis eliciunt. ex pipere, iride, ptarmaca

fit

fit ſternutatio, à croco hyoſciammo, opio conciliatur ſomnus etiam à longiquo. Quid dicunt porrò ventus nil aliud eſt quam fluvius ingens atomorum extractorum à quibuſdam corporibus ſuprà terram poſtmodum hinc inde jactaturum ut ſenſit Digbeus in oratione de pulvere ſympat. hinc etiam venti ſemper redolent loca ex quibus proficiſcuntur, nempe ſi à meridie ſpirant calidi ſunt, ſeptentrionales verò frigidi, ſi è terra ſolum deferuntur ſicci, ſi è mari erumpant humidi eſſe conſueverunt, ſic etiam è locis ſuavi odore fragrantibus, venti odorati ſani & jucundi oriuntur, ut ferunt eſſe eos qui ex Arabia fælici veniunt; quæ omnis generis aromata ſuffimenta, & bene olentia gummi producit, contra verò, qui ex locis tetris & fetidis ut exempli gratia ſulphureis Puteolis erumpunt graviſſimum odorem redolent; illis verò ex locis infectis & peſtilentibus, qui veniunt miaſma ſecum afferunt, expoſuit diffusè Digbeus l. c. & Montuus de medicina activa c. 2. Et tandem dicimus cum Joh. Baptiſta à Porta in Phyſognomia quòd odores animalium, referentes plantæ, earumdem virium compotes. Unde ſi plantæ vires ſuas attrahunt à terra, & mineralibus & à plantis adjacentibus ergo aliquando fruſtatorium eſt dicere, talem & talem plantam eſſe de tali & tali natura & virtutem habet talem & talem, quia hoc procederet, ſi ſemper, & ſemper retineret in ſe ſuas qualitates & virtutes; & hoc non obſtante quod attrahit ſuccum ſibi convenientem ad ſe, & propter hanc cauſam pionia tantum de ſolo romano morbo caduco eſt propitia, & non de loco aliquo; ac experientia quippe docet vina diverſa diverſis inſtructa eſſe qualitatibus, utpote quædam ſulphurea eſſe ob ſulphur, quo terra in qua ereſcit, ſcatet, & ex qua expirat, alia diurètica ob terram vi aperitiva pollentem; alia laxativa ob mercurialis circum

ſiti copiam, alia tartarifica ob ſalis utrinque
ndantiam, &c. & dum nimium effluvia at
iunt, circumjacentium rerum effluvia ſibique
unt, eaque mediante alimento vectore acre mo-
licet nobis diſtente ſatis inperceptibili, ut ag-
ſcit ipſe Kircherus lib. 3. mundi magnetes par 5.
. ſection. 2. Ac etiam non poſſit negari fructi-
arborum virtutem medicinalem poſſe com-
nicari ſi medullari ſyphoni, aut matricis ductui
erantur medicamina talia qualia deſideret, ut ſi
ctum deſideres, inſeres arbori ſuccum ſevæ, &c.
c etiam ſunt mala & pira perſica ſanguinei co-
is applicato arbori ſanguine, vel inciſione ſur-
i ſanguinum fructum ferenti v. g. moro. Ne-
e dubitamus quin ſimili arte, & ratione variæ
rum ſpecies & odores varii poſſunt plantis con-
iari, maxime ea in terra quæ calorem ſolis ob-
vatur fortius, obſervatis ſimul plantarum virtuti-
s, & ſignis aliis cæleſtibus. Dum experientia
cuit ſemina florum variare colores, ſi terræ fluen-
capricorno Luna decimaquinta mandentur; ne-
e hinc fæliciter quovis die decerpuntur, dum
res plenos gerentes plantæ maximè etiam juxta
enilunium ſerendæ ſeminaque decerpenda. no-
unt Botanici.

26. Unde concludendum, odorem eſſe ſecun-
m diverſa diverſum, & hoc quia à ſingulis cor-
ribus experant propii & diverſi odores. ut nota-
t Gabeus lib. 1. meteor. tex. 62. q. 1. undè ſi vi-
im ſuum odorem habet, & ſic odore plenum,
iritum ſubito recreat; quin cætera, vix tandem
oſſunt reficere: & Dioſcorides lib. 5. vina ſepe
iqua cenſeri, & venarum pulſus excitare: tanto
agis quod Avicenna docet, corpus quidem dul-
edine, ſpiritum verò quadam aromatigare. &
lexander cum Nicolao peripatetici concludunt
iritum vitalem & animalem ideo nutriri tum
odore,

odore, tum aëre: in qua ſententia concurrunt Petrus Apponenſis lib. different. diff. 155. Ranardus lib. 18. epiſtolar. c 6. & Horatius Hugenius lib.3. epiſtol. medicinal. epiſtol. 2. tanto magis quod materialiter odores recipi in cerebrum; & probatur teſtimoniis ſenſuum: nam experientia teſtatur odores calefacere cerebrum, & ſi enim eæ res quæ acrem odorem ſpargunt, ut eſt ambra, muſcum, & ſimiles magna aliqua copia, admoveantur cerebro, experimur cerebrum nobis incaleſcere, atque ex eximio calore efferveſcere, ſanguinem in venis & arteriis, ita ut caput nobis doleat. Secundo ſunt aliqui odores adverſi: qui non nulla animalia interficiant, cerebrum videlicet, & cor ledendo; & quòd mulieres gravidæ ex non nullarum rerum odoribus incidant in animi deliquium, quòd non fieret niſi cerebrum, & cor mali odorum impreſſione efficeretur; & tandem odores aliqui cerebrum confortent ſpiritumque animalem recreunt, & homines ſemi mortuos recreari. ut dixit Keckermannus in ſyſtema phyſico lib. 3. c. 24. Et ſic concludere poſſimus cum Hippocrate odores nutrire; quam ſententiam ſequitur Galenus in lib. de uſu reſpirationis.

27. Et hinc provenit, quòd umbra tam vegetabilium, quàm metallorum aliquando amena, aliquando mala: ut umbra ſalutifera eſt omnium arborum cujus eſt aëra natura; ſicuti ſunt piri, pomi, cidoniæ, amigdali. & omnia aranciorum & citrorum genera: & tanto quidem ſaniores, quanto ejus fructus plus conferunt: hinc Ægyptiorum mos fuit, ut omnes illos morbos quantumvis eſſent in perturbatione ſpirituum, hujuſmodi ſunt phyeneſis, melancholia, vertigo, triſtitia; arborum diſſipativa quadam facultate pollentium amenis umbris muſica adhibita curare ſoliti ſunt. Ut voluit Albumaſis arabs. & hinc umbra citrarum

eſtuante

eſtuanti corde mirificè conferre. dixit Kircherus de luce & umbra par. 2. c. 5. & melaptorum umbras tabidis, ob gratam pulmonibus humiditatem: & umbra fraſcini, tibiæ, populi, ad animi relaxationem conferunt. Kircherus l. c. ad idem concurrit umbra Platini quæ obſervatur gratiſſima. Sicuti notavit Briſciola horar. ſucceſſivar. l. 4. c. 21. ſic etiam loca umbroſa ſalutiferis herbis, roſis. thimo, origano, hiſopo, mentha, nardo, aliiſque plantarum ſalutiferarum ſpeciebus conſita humanum mirificè conferant corpus: ſic umbra cardiacorum halitus cordi; pulmoniorum pulmonibus, & pectori; hepaticorum jecinori; aphrodiſſorum veneri; aliorum aliis membris in umbroſo aëre vapidoque medio impreſſi mirificè conferunt: ut expoſuit Kircherus l. c. Et ratio eſt, ut dixit Mercurialis variar. lectionum lib. 3. cap. 2. cum odoriferas habeant facultates, dulcem enim ſpiritum, & utilem emittunt exhalationem, per quam & mutatur aër, & corpus etiam ſpiritu commotum conſtringit, ut erga nos accommodetur, & temperamentum blandum habeat, & continuas graveſque viras diuturna ſine ebrietate relaxat, ac ſolvit, & vim immaginativam, & inſomniorum capacem, veluti ſpeculum levigat, & puriorem reddit, nihil deterius, quam liræ pulſus, quibus ante ſomnum utebantur Pythagorici. Et omnium arborum venenoſam qualitatem diffundentium umbræ tanquam lethiferæ & exitiales vitandæ ſunt, cujuſmodi ſunt napellus racemoſus, ſtramonium quoddam, viti maligenus, cætaræque aconicorum ſpecies: umbra enim harum impunè requieſcit. Ut refert Matthiolus in hiſtoria de aconicis. Et omnium arborum gravivolentem odorem ſpirantium umbræ capitis obnoxiæ ſunt, ut ſunt omnes ſpecies piccarum, ut Pinus, larix, abies, therebinthus, cipreſſus, ſabuxus. ut voluit Kircherus l. c. qui refert inter

ter alia, ſpiritus enim bituminoſi arborum hujuſmodi. in umbroſo medio condenſati poros laxatos, os, nareſque ſubingredientes, ut in caput elevantur, maxima ibi ſymptomata pariuntr Vidi aliquos qui ſub larice pinibus & abietibus dormientes, ita fuerunt hoc gravitati odore, & febre inde contracta multis menſibus lectibus affixi fuerunt: ita etiam umbra Nucis exitialis eſt, & lumen lunæ in eis hemoptoim excitare dormientibus: unde jam orta opinio in nucibus mortuos habitare. expoſuit Cardanus lib. 8. de rerum varietate ac etiam in loco umbroſo mandragoris ſolano, ſtramonio cæteriſque ſaporiperis herbis concito, ſopore profundiſſimo corripi, à quo non niſi efficaciſſimis remediis excitentur. Porta tradit cum Kirchero lib. 1. de luce & umbra p, 2 ſic etiam umbra in glandis dolores capitis generat. uti dixit Silveſter Ratray de cauſis ſympat. & antipet. ſicut etiam hyeme umbra canes obmuteſcere facit. expoſuit Ælianus lib. 3. animal. c. 7. ſi poſtea queratur cur extra umbram non ſit tam malus aër, quàm in ipſa umbra; reſpondetur, quòd in umbra magis eſt aër condenſatus quam extra; dum plus effluvia retenta ſunt ipſius vegetabilis; quia quanto magis eſt denſior aër, tanto plus effluvia odoris detinet, & per conſequens eſt magis aptus ad nocendum vel ad juvandum pro qualitate naturæ ipſius vegetabilis, quàm extra umbram ab effluvia diſperſa ob raritatem ipſius aëris.

28. Ita etiam Valles quoque umbroſas metallica expiratione fætas, diverſis in locis diverſa in hominibus ibidem commorantibus ſymptomata inducere; hinc in campis quoque arſenico & ſpiritibus mercurialibus turgentibus eſſe vis noctibus nemo ſine vitæ periculo commoratur, ac etiam expirationes ex antimonio & ſulphure in nocturno aëre exceptæ, dum poros humani corporis ſubeunt, hominem ſine ulla ſalutis ſpe è medio tollunt. ut

expo-

expoſuit Kircherus l. c. & Mercurialis variar. lection. lib. 3. c. 2. refert quæ metallis propinqua- runt, mala itidem exiſtimantur: quia illæ expi- rationis noxiæ ſunt, & ſic corpus & animum læ- dunt. ut expoſuit Agricola lib. 4. de ortu & cau- ſis ſubterraneorum.

Sicut etiam umbræ, quæ in cœmeteriis apparent, naturales eſſe, provenientes ab effluviis ipſorum cadaverum. ſicuti diffuſè docet Caſſarellus de cu- rioſitatibus inauditis c. 5. n. 9. umbras circa cœ- meteria apparent naturales eſſe, cum nihil aliud eſſe videantur, quàm figura humanorum exterior, non animæ, aut ſpectra à demonibus excitata, prout hactenus creditum eſt. Arbitrati ſunt veteres has umbras malos, bonoſque genios eſſe, qui ex- ercitus commitarentur; verum excuſatione digni ſunt, ut cauſam illius rei ignorantes. ſicut accidit in urticis combuſtis ſal excreviſſet, & lixivium hyemis tempore aëri expoſuiſſet manu gelu qui- dem inductum repertum eſt, verum ut urticarum ſpecies & imago adinſtar naturalium in glacie per- fectiſſimè exhiberentur. et n. 10. notat quæ in cœ- meteriis ſpectra apparent, nil niſi figuras corpo- rum compactas ex effluvio putrefactorum cada- verum elevato quæ in aëre nocturno craſſiore he- reant eſſe autumant.

29. Et quia diximus, quòd à quolibet corpore vaporoſa ſubſtantia tranſmittatur, & hoc non ex alia cauſa, ad hoc ut obſervemus ejus compoſitionem provenire ex aqua & aëre. ſicut dixit van Helmon- tius de Phyſica inaudita c. complex. atque miſ- tion. elemen. primitiva elementa aërem & a- quam, eo quòd invicem accedant, ut ſi ſalcis plantetur, vel aliqua quævis planta in vaſe aliquo, ponderata prius terra intus poſita, planta creſcit in eo uſque ad ſuum determinatum finem, poſtea de- tracta cum ſuis radicibus, obſervatur remanere

eadem terræ quantitas, ſicut erat antea. ergo aqua cum effluviis terræ ipſam plantam aleſcit, & propter hanc cauſam in hieroglyphicis aqua ſumitur pro abundantia & copia rerum. ut dixit Valerianus in collectan. Hieroglıf. lib. 1. tanto plus, quòd in ſacra geneſi c. 1. legitur, quod ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. intelligentes in iſto loco Doctores aliqui, per vim & impetum, & efficaciam tandem vitalem & fæcunditatis plenam aquis inpreſſam à Deo. ut dixit Sererius. & quod ſit aqua origo rerum probat Silveſter Ratray loco citato. terram virginem poſt natas plantas remanere in quantitate, pondere priſtinis, ideoque eandem ingredi plantarum illic naſcentium compoſitionem; relinquitur ergo plantas iſtas ex ſola aqua fieri aut ex nihilo, non vero ex ſomniatis mixtionibus quatuor elementorum. & tandem ſi talis arbor poſtea crematur, obſervatur quod ex centum libris, dato quod ſit centum libræ totum ejus pondus & in ejus crematione remanent tantum quinque libræ in cinere, quæ ſecundum praxim chimicam convertantur in ſalem fixum, id eſt major pars ipſarum, & denuo ſal in aquam reſolvuntur. & Jacobus Martinus in diſputat. 11. de generat. & corrupt. refert, ad ſiccitatem & humiditatem non ſolitariè ſumatur ſed conjunctum vel cum frigore, & tunc poſſunt eſſe cauſæ mutationis terræ, fac ergo periculum in ſale, & in lapidibus illis, qui ex lixivio percoquuntur, & aliis multis frigore perfectè humido vertuntur in aquam; quocirco concludimus terram in aquam mutari, id teſtimonio experientiæ. hæc ille & illud quod eſt plus, van Helmontius ſicuti notat in phyſica inaudita c. complex. element. refert. ipſam totam cinerem reſolvere in aquam per modum ab ipſo repertum. dicendo. novi aquam quam manifeſtare non licet, cujus medio omnia vege-

vegerabilia in ſuccum diſtillabilem ſine ulla in fundo vitri fæcum reſidentia commutantur, qui ſuccus diſtillatus adjunctis alcalibus, totus in aquam elementalem reducitur inſipidam. unde per hoc concludit. ſi ergo omne corpus mixtum redeat, & tandem in meram aquam pluviam, neceſſe eſt quod alkali omne à corporibus mixtis productum ſit materialiter ex alimento aquæ. ergo ſi omnia in aquam reſolvantur: ergo aqua nutrit. ſicuti placuit Hippocrati lib. de victus ratione; & propter hanc cauſam dixit Andreas Gallus de peſte faſciculo 2. c. 5. aqua quàm in potu ſumunt animalia & vegetabilia non eſt pura aqua, ſed ſimile ſcilicet aqueum: terra quæ vegetabilia producit, non eſt pura terra, ſed ſimile quoddam ſcilicet terreum. Et Rondeletius lib. 1. Hiſtor. piſcium c. 12. & 13. refert ignem omnia ſemper movere, & aqua verò omnia ſemper nutrire, & piſces nutriri, ex aqua. Ita aquam Tyberis pingueſcere equos & mulos. idem dicendum de flumine Lutetiæ Pariſiorum ut dicitur paſſim. Et Ariſtotil. lib. de generatione animal. c. 3. refert diſpoſitionem corporis præcipue ab alimonia aquæ qualitatem aliquam recipere dicitur. & in probl. 5. 13. & 15. aquam corpori alimenti eſſe dicitur. & Theophraſtus lib. 1. de conſenſu plant. c. 8. & 15. aquam nutrire plantas agricularum teſtimonio; terram aqua irrigantium comprobat. & Carleton §. 9. vult ex pluvia incrementum capere omnis generis plantas. Et eſt viſum etiam aliquos vixiſſe ſola aqua. ut quidam melancholicus multis menſibus quin immo annis ſola aqua ſubſtentavit. ſcriptum reliquit Albertus Magnus lib. 1. animal. & de alia puella notat Gelius Rodiginus lection. antiq. ſola aqua vixerit & Epiphan. Ferdin. theor. medica & phyſo. c. 5. teſtatur quòd Andreas Albertus Meſtapiæ Marchionis qui diebus 24. ſine cibo vixerit

 meram

meram aquam bibens. & Alia ſpirenſis, quæ Ferdinandi Imperatoris tempore ſolius aquæ uſu aliquot annis vixerat, ſicuti narrat Rodiginus l. 1. & ſic rationi abſonum non videtur quòd in aliquibus ſaltem ſolius aquæ potus alimentum corpori præbuiſſet: hanc enim corpora noſtra nutrire, & non humidas tantum, ſed & carnoſas ſolidaſque partes ſubſtantificè humectare, ut plurimi ex doctiſſimis viris affirmant & docent, ut Hippocrates lib. de dieta n. 2. Aquam omnia nutrire docuit. & lib. de affectionibus n. 53. aquam annumerat inter ea, quæ corpori robur addunt & Celſus lib. 2. cap. 18. aquam alimoniam corpori præſtare manifeſtè docet. idem affirmat lib. 4. c. 2. & lib. 6. c. 6. & eandem ſententiam tenet Avicenna. Famem aquæ potu ſedari docet Plutarchus lib. 6. problem. 3. & lib. de Iſide & Oſiride. Nili aquam epotam corpus reddere pinguius, carniſque incrementum efficere ait Atheneus lib. 2. c. 2. dipnoſoph. Et quod aqua nutriat acerrime teſtantur Rondeletius lib. 1. de piſcibus c. 12. Cardanus de aëre, aquis & eo locis Marcellus Donatus lib. 4. c. 20. Andreas Baccius lib. 3. de vinorum hiſtoria c. 4. Mercatus quæſt. 164. n. 90. & Horatius Augenius tomo 2. q. 2. Et non ſolum aqua nutrit, ſed etiam eſt viſum, quòd omnia reſolvantur in aquam, ad hoc ut cognoſcantur ſuum principium ſicut legitur in Theophralto Paracelſo de morb. c. tartaro tract. 1. c. 4. quod oleum calcis dicit ille, ſolvit lapides & marmora; aliæ ſolvunt alabaſtrum, & oleum, &c. & non nullæ dirimunt ligna, ut aqua &c. quædam fundunt metalla, ut aquæ fortes, quędam reſolvunt carnes, &c. quædam bolum ut ſolvas, quædam fructus, ut peſtus; & hæc diſſolutio non in fragmenta redigit, ſed in aquoſitatem ſimilem ei à qua reſolutio fit. Atque Georgius Hermes in Hiſtoria mundi refert. quòd omnes ſpiritus acidi ſalium mineralium & metallo-

rum

rum ſolvunt omnia mineralia & metalla; & hæc propriè ſunt corriſiva, quæ impetu & ebullitione corrodunt corpora; ut acetum impregnatum ſale ſtannum vel ſaturnum vel acetum diſtillatum, affuſum limaturæ ſtanni ſolvit omnia corpora, & lapides: & gemmata ſoluta in aceto labeſcunt in ſpiritu vitrioli, & limpida manent: & compoſita vel ex aqua vel alumine vel ex aqua vel urina; ut aqua fortis impregnata per diſtillationem & cohobationem vel ſale fixo, vel felle vitri, quæ ſolvunt omnia metalla & mineralia, illi præcipitari ſinunt: & quæcumque ſolvuntur in ſalibus, eorum vinculum ſive baſis eſt ſal, & quæ in ſulphuribus eorum baſis eſt ſulphur; & quorum baſis aqua ſolvuntur aquis, & quorum terrea terreis: & omne corpus ſolvitur per particulas acidas ſulphureas ſive pingues ſive ſalinas. Et ſubtile ſolvit ſuum homogenium craſſum. Et ſic ex iis formatur corrollarium, quòd ſolvitur in aqua eſt ſal, quòd ſolvitur in ſpiritu V. eſt reſinoſum: & quòd ſolvitur in aqua fortè eſt lunare, & in aqua regia eſt ſolare; & ſic ſolutio eſt principium transmutationis. Aut dicimus cum Mercuriale lib. 4. variar. lectionum c. 9. quæ à frigido & ſicco concreſcunt, vel a moderato, vel ab immoderato omnem humiditatem exprimente talia reddantur: ſimiliter quæ à calido & ſicco concreſcunt vel a moderato vel ab immoderato omnem humorem conſumente: concreta à frigido ſicco moderato, ut clacice, vina, ſerum, & urina. A calido ſicco ſimpliciter & etiam à calido humido ſolvuntur. Concreta verò ab immoderato; aut ſimpliciter inſolubilia ſunt, ut adamas & aliæ gemmæ; aut non niſi à vehementiſſimo calore ſolvuntur quemadmodum plurima metalla, ut cornua quæ à magno calore molleſcunt. Concreta verò à calido ſicco moderato, à calido humido, & frigido humido ſolvuntur, ut ſales manna vitrea, quæ ab aqua calida

actu & à vino poteſtate calido, nec non ab oleo calido alteri humori permixto ſolvuntùr; concreta ab immoderato, ut lateres fictilia aut non ſolvuntur aut ſolummodo ab iis humoribus, qui maximè penetrant ſicut ſuccus citri, & acetum acerrimum, & aquæ vitæ & ſimilia quæ aliquos lapides lateresvè ſolvunt.

30. Et quia ſolutio fit in aquoſitatem ſimilem aquæ, quæ aqua eſt vera aqua ſimplex & inſipida. ut vult van Helmontius in phyſica inaudita c. complexionum lapides, ſulphura, metalla, vel ceram, olea, os, cerebrum, cartilaginem, corticem, frondes, & tandem cuncta in aquam omnino inſipidam totaliter reduci, atque ſola aqua ſimplici conſtare, & contenta eſſe; & quia omnia ratione ignis fiunt, & propter hanc cauſam Hippocrates in lib. de dicta duo tantum ſtatuit elementa, id eſt ignem & aquam eſſe omnium rerum fundamenta, atque etiam chymicorum ſal, ſulphur, & Mercurius migrant in aquam claram inſipidam, & æqui ponderantem; atque corpus quodlibet in eam diſſolutum, quòd chymicis peritis notiſſimum: & cadavera mortuorum in cœmeteriis in aquam migrant, nam ſi in cinerem & terram migraſſent; in inmenſum creſcerent; quod experientiæ quotidianæ repugnat. Ut expoſuit Silveſter Ratray de cauſis ſymp. & antipat.

31. Ita etiam ex aqua mineralia varia oriri, & hoc ratione ignis; ut ex aqua vulcanum coagulat vitriolum, ſalem, & alumen, uno quolibet peculiarem ſuam formam ſortientùr, prout ea proprietas exiſſit, dixit Theophraſtus Paracelſus de morbis Tartareis c. 9. & lib. meteor. c. 3. notat quod ex aqua oriuntur omnia metalla, omnes lapides, rubini lucentes, carbunculi, cryſtalli, aurum denique argentum. quis vero eſt? quis dicere queat? quòd in aqua ſunt metalla, & lapides, niſi id ipſum

opus

opus & eventus teſtatur, & hujus mutationis cauſa eſt ſemen concurrens. ſicuti expoſuit van Helmontius in phyſica inaudita c. conplexionum. ſic autem aqua in terreum corpus mutetur, ſed vi ſeminis ait; & hic provenit quod aquæ ex diverſis partibus Scaturientes non ſunt unius naturæ, ſed diverſam naturam & qualitatem retinent, ut inter alia in Chio inſula fons eſt, qui potantibus mentem adimit: in Boëtia juxta flumen Orchomenum duo ſunt fontes quorum alter memoriam, alter oblivionem affert. In Cea inſula eſſe fontem, qui hebetes potu faciat; & Zaphlagonis fons eſt ex quo potantes fiunt tremulenti. & Boetiæ lacus furtalis eſt, de quo qui biberint, ardore libidinis exardeſcunt. In Sicilia apud oppidum Jusgum fons eſt, ex quo bibentes ſubtiliores ſenſus habent, & in Cyzico fontem eſſe qui potatus ventris ſtimulos & laſcivientem amorem extinguit. ut dixerunt Plinius lib. 11. Varro, Ovidius, Iſidorus, & Mutianus: ſic etiam aqua in Thuriis cratis candorem facit, & Sybaris nigridinem non bobus modo, ac pecoribus, ſed etiam hominibus, nam qui Sybarim bibunt, nigriores ſunt; durioresque & criſpo capillo; qui ex cratide candidi, ac porrecta coma. Item in Macedonia, qui volunt ſibi candida naſci, ad Halialmonem ducunt, qui nigra ac fuſca ad Azum. In Fatiſco omnis aqua pota, candidos boves facit; in Boetia oves nigras, in Arcadia ad honocrim aquam eſſe Shygiam dictam, quæ aſpectu blanditur quidem, nec ulla coloris aut odoris qualitate deterret, ſed protinus hauſta duratur, nec aliter quam gypſum conſtringit & alligat viſcera. In flumine Silaro ultra ſurrentem non vigulta modo immerſa, verum etiam & folia lapideſcunt, in ciconum flumine lignum deicetum cortice obduritur, & in Theſſalia fons eſt ex quo nec pecus ullum geſtat, nec belluarum genus ullum prope accedit, quin

emoriantur omnia ;, & in Thracia apud cychros aqua eſt, eos means non modo qui biberint, ſed etiam qui laverint. In crobi regno aqua eſt, quam guſtant, ſtatim concidunt. Terracinæ fons eſt, Neptunius vocatus, ex quo qui imprudenter biberit ſtatim necatur. In Arcadia ad Pheneum aqua profluit è ſaxis, quæ illico enecat, unde ſtyx appellata; in arebia fons eſt, quæ guſtaverint mortuæ jacent: idem obſervatur in agro Monſpelienſi prope oppidum in Macedonia non procul Euripidis ſepulcro flumen eſt perniciofiſſimum. in Beroſo Taurorum colle, tres fontes reperiuntur, ſine remedio, ſine dolore mortiferi: & Gelonius lacus ſolo odore omnes abjicit; Ampſamtus apud Lucanos adeò lætalis odor eſt, ut ſupervolantes aves necat. In Regione cadara lacus eſt, cujus aquam pecus quod biberit pilis unguibus & cornibus deſtituitur: In chormain Perſidis deſerto lacus eſt, cujus ſi vel guttula ebibatur ventris profluvium gignit. In Iſlandia ſcaturiunt latices, quibus guſtatis quiſque velut veneno jacet proſtratus: & in fortunatis inſulis fontem eſſe, quo quis guſtaverit, riſu ſolvatur in mortem. ſicuti dixerunt Pomponius Mela, Theophraſtus, Vitruvius, Plinius, Seneca, Ovidius, Herodotùs, Poſſidonius, Metrodorus, Hippocrates, & Varro. Ita etiam Fons chius reddit ſtupidos, ſuſinus delicet dentes: Clitorius efficit abſtenuos, ſicut contra fons Paphlangoniæ tumulentos, qualem effectum tribuant etiam Linceſti ſicuti notat Libavius de Antipathia.

32. Et quod ab aqua miſta proveniunt, obſervatur quòd oleum cum aqua ſi miſceatur, & leviter agitetur, provenit tunc quædam ſpecies unguenti: ita ſi lac agitetur provenit butirum: & unguentum trifarmacum nonne provenit ex ſale, oleo & aceto plumbi? ſicuti docet Gabeus in quarto meteoror. tex. 22. q. unica. ſi oleum aqua miſceatur,

& agi-

& agitetur, obſervatur albeſcere & concreſcere admodum unguenti. Idem refert Ariſtoteles de generat. animal. 3. c. 2. aqua oleo mixta craſſa & alba redditur. quòd etiam videmus contingere in lactis pinguedine, quæ agitatione & ſucceſſione incitata in butirum congelatur: ſic etiam unguentum trifarmacum ex aceto, oleo, & ſale plumbi, ſeu litargirio diluto, ſi agitetur, & concutiatur, componimus ad modum butiri illa materia quæ prius omnino liquida erat, & in ſatis denſum concreſcit unguentum ſola agitatione & ſucceſſione. Ut expoſuit Gabeus l. c. atque Helmontius expoſuit quòd ſi ſpiritus urinæ miſceatur aqua vitæ deflammatæ, ambo coagulantur, ictu oculi in offam albam, non ex eo quod aliqua humiditas aquea exhalet, iſta adhuc ſupernatat offę: è contra verò facit ſpiritus urinę mixtus polo, aut ſaxi fragmentis, iſta degenerare facit paulatim in ſalem nitroſum, aut potius diſſolvit, Ergo hic ceſſat opinio Santorelli in arte praxi Medica lib. 16. cap. 4. dicentis. ſi aqua quæ longè utriuſque craſſior eſt, non poteſt modo aliquo ſic incraſſari, ut ſolida evadat. Ita etiam obſervavimus mortuorum cadavera in aqua ſolvi. Et ſal, ſulphur, & Mercurius ſolvantur. in aqua clara. ſecundum Silveſtrum Ratray l. c. & propter hoc expoſuit Gabeus in 4: meteor. texti quæſt. 4. quòd in omnibus mixtis eſt elementum aquæ. Ergo dum in aqua omnia reſolvantur, ergo aqua eſt omnium primum principium. Unde benè Tales Mileſius ait; omnia ex humido elemento conſtare, nec ullum corpus rerum generationibus eſt magis idoneum, quam aqua; ad quam opinionem contentit ſacra Geneſis c. 1. n. 2. quòd in principio creationis ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. & Heſidorus dixit omnibus elementis antiquiorem eſſe aquam. Ut notavit Ludovicus Cælius Rodiginus antiq. lectionum lib. 26. c. 5. & Soclus etiam tradit quòd opinarentur

tur veteres omnem quidem aquarum naturam utque alendi argumentandique vim poſſideat; & ſacerdotes Ægyptii oſtendunt res omnes è liquoris poteſtate conſiſtere. ut expoſuit Cælius Rodiginus l.c. & ſic poſſimus dicere cum vander Becke in medulla Medic. c. 3. de elementis in medicina phyſic. art. 1. n.8. quòd omnia ſunt inter ſe transmutabilia. Et ſi aqua tartarum generat, & antimonium, &c. iſta in calcem reducta reſolvantur in oleum, qui diſtillatur devenit in puram aquam, ut omnibus notum. Ita etiam obſervatur apud van Helmont in phyſica inaudita c. complexionum. quod olea & pinguedines per ignem ſeparata, & adjecto pauco ſale Alcali, ſaponis naturam aſſumunt, atque in aquam elementarem abeunt; & vegetabilia quoque omnia, ut carnes ſola aqua conſtare, per mechanicam monſtrabo, & novi item modos, quibus totum ſal petræ in terram convertitur; piſces enim ut ex aquis multam aſſunciam faciunt; ita etiam & viciſſim omnis pinguido cum ſale alcali facent ſapo; quin deinde diſtillatus penè totus in aquam remeat, quæ ibi per adjuncta ſemina ſaponis ſpoliatur, fit aqua inſipida, quæ experientia pluribus demonſtravit. Ae etiam carbonem in aquam commutat van Helmontius l. c. dùm refert inter alia. poſui namque carbonis querni & aquæ cujusdam partes equales in vitro hermeticè clauſo ſpatio tribus diebus, totus carbo converſus eſt tenore balnei in ſecundos liquores Diaphanos, fundo & colore varios; quibus ſimul diſtillatis ſecundo caloris gradu vitri fundus tàm purus apparuit, ac ſi recens è elibano vitriario allatus: mox duo liquoras per balneum primo aſcendunt ambo èqui ponderantes maſſæ carbonis, liquor verò diſſolvens manet in fundo pars ponderis ſibi & vitrum; porro iſti duo liquores pavulæ erectæ admiſſi tertia diſtillatione aſcendunt priſtino fere pondere, omnemque

nemque qualitatem aquæ pluviæ habentes: ergo alkali carbonisquòd non niſi aperto, ignotoque alias vaſè exhalat ſimul cum ſuo cinere, non ſunt niſi mera aqua materialiter. Et ſic poſſimus dicere cum Eccleſiaſtico 1. qnod effundit illam ſupèr omnia opera ſua.

33. Unde ſi omnis res reſolvitur in aquam; & iis naturalia corpora conſtant, in quibus reſolvantur. ut dixerunt Ariſtoteles 3. de cælo c. 3. tex. 35. & Galenus lib. 1. c. 3. de elementis ſed quia reſolvantur in aquam, ergo ex iiſdem conſtant. & ita iſta ut docet Meteorologia ſolvitur in vaporem vi ignis, quæ perambulat ſimul cum parte ſulphurea; & ſulphur in omnibus terræ locis expartibus ubi vis, aqua eſt latet, id per ſolis calorem reſolvitur, & diſſolvitur. ut expoſuit Paracelſus tract. 1. de peſtilentia c. de morbo naturali. & quod in quolibet vegetabili obſervatur ſal fixum atque volatile per chymiam cuilibet ſufficienter notum eſt: omnibus vegetabilibus fixum, quibuſdam vero parum volatilis. dixit Cornelius ab Hogelande in œconomia naturali fol. 102. qui ſal eſt tanquam omnibus coagulum. ut docet ſennertus in diſſent. chymic. c. 11. à ſale omnium rerum volatilium converſionem provenire chymici docent: ut à ſale chriſtalli concretionem, adamantis duritiem, metallorum robur, auri ſoliditatem, oſſium, arborum, & herbarum conſiſtentiam abſolvi ſtatuunt. In qua ſententia concurrit Theophraſtus Paracelſus de morbis tartareis c. 9. una enim refert coagulat in lignum, alia in geminas, alia in herbas, alia in metalla, alia in lapides, aut arenam &c. hæc omnia ſpiritus ſalis præſtat, quin heros eſt coagulationis ſicuti docet Donzellus in theatro pharmaceutico c. 19. de ſale, tanto plus quòd ſal igitur aquæ à minimo tepore movetur, & coaleſcit, caloris impatiens illico in altum tanquam ad quie-

tis

tis & refrigerii locum ſcandit cum proportionata ſui Mercurii parte. ut expoſuit Van Helmontius in phyſica inaudita cap. 6. & propter hoc aqua in qualibet corporis parte diffunditur. ſicuti placuit Paracelſo de re naturali c. 9. aqua in univerſo corpore inundat, in omnibus venis, nervoſis partibus, oſſibus, carnibus, & tandem in omnibus membris.

34. Et ſi aër ambiens nil aliud eſt niſi aqua, ut hodierna experientia oſtendit, ut ſi ipſa ponatur in vaſe vitreo, & poſtea ad ſolem opponatur, obſervatur illico aquam in aërem ſeu vaporem aëreum converſam. Idem confirmat octonus de Guericke in experiment. magdelburg. lib. 3. c. 1. dùm refert quod aër eſt virtus quædam corporea ex aqua, ut externa & aliis rebus corporibus effluens in ſpatium circumſtans: vel aër nil aliud eſt quam expiratio, vel odor, vel effluvium aquarum, vel aliarum rerum corporearum. idem refert in epiſtola P. Schotti inventum meum eo proprie collimat, ut demonſtrem; aërem nihil aliud eſſe quàm fumum ſeu odorem vel evaporationem terræ, qui eam certo & determinato pondere circumſtet, ut refert ſchottus lib. 1. mirabil. Magdeburg. c. 11. & cap. 6. idem confirmat dicendo, aquam extractam à recipiente frequentes bullas per collum ejus & per medias aquas aſcendiſſe, ſuperioremque locum recipientis occupaſſe, ſtatim evaneſcentes ex oculis in aërem abiiſſe. & c. 5. refert aquam intra cacabum aëre vacuum delabente aſcendunt radii lucidi, vel ut melius recipientis in aquam & cacabi evacuatorii 1. ſimul delabi cæpit aqua recipientis in cacabum, ſimul è cacabo aſcendere in recipientem bullæ, & radii quidam lucidiſſimi & frequentiſſimi & poſt longam agitationem & luctam bullarum cum aqua adherebant ille uni recipientis lateri lucidiſſimarum peltarum inſtar: nec

nec ceſſavit hic aquæ & bullarum radeorumque conflictus quàm diu duravit aqua inſubicetum cacabum , vel lapſus,] vel actractio. idem refert cornus lib. 4. Philoſ. diſſen. 3. ſect. 2. dub. 4. res mira ſtatim incipit aqua recipientis concitari corpuſcula quædam ſurſum ac deorſum agitare bullulas & perlas parvas magna copia ad unum recipientis latus congregare. & per epiſtomium in cacabum deorſum detrahi, hoc verò vel maximè ad præſens noſtrum inſtitutum fuit, quòd toto tempore per horam pene duravit, quæ aqua deorſum meat continui aëris, quaſi radii & ſcripturæ, & flammulæ viſibiles; eæquè plures per medium undæ defluentes, ſurſum elevantur, idque viſibiliter & in ſpumam & bullas manifeſtas deſinunt & ita ſupuriorem recipientis regionem ſucceſſivè occupant. Hinc etiam aër tam eſt rarus & tenuis, & tantam violentiam patitur, ut quando recipientis epiſtomium apertum aquæ immergetur , ea tum aqua eodem impetu irruat in recipientem, quo irruere ſolet , tum cum recipiens ab aëre per antiliam fuit evacuatus; hoc verò excepto, quòd non eandem aquæ copiam admittat, ſed plus ſpatii ab aqua liberum retineat. In qua ſententia concurrunt Peripatetici, ut habetur in comment Jo. Magiri lib. 3. phyſicæ c. 3. illi enim calidum aërem eſſe dicunt quòd vi caloris naſcatur, quando ſcilicet aqua vi caloris rarior facta in aërem abiit: & Carteſius par. 4. princip. phyſiolog. n. 45. refert aërem nihil aliud eſſe, quàm congeries particularium terreſtrium quam tenuium, à ſe mutuo diſjunctarum, & quibuslibet motibus globulorum terreſtri non obſequantur , illum eſſe corpus valde rarum, fluidum , & perlucidum, & ex minutiis cujuslibet figuræ poſſe componi. in hac ſententia concurrit Robertus Boile in experimentis de aëre; & dum fluctuat ventos facit: ex

ſen-

ſententia Jo. Bapta Portæ de aëris tranſmutat. c. 2. & vehementius concitatus & attenuatus, ignem & tonitrua: & contractus nebula: & conſpiſſatus pluviam, & congelatus nivem: turbulentius gelatus adenſatuſque grandinem: & diſtens ſerenum facit. & propter hanc cauſam tanquam primum principium poſuerunt Anaſimenes & Archelaus ſueratis Magiſter, quòd facillimè in quamvis formam ſeſe accomodet & in minutiſſimas partes redigatur. & quod aër condenſatur, ſive comprimitur & rareſit aut potius ſe extendit, termometra evidenter demonſtrant, quæ ſe frigeſcant, aër coit, & ſpatium minus occupat: ſi autem calida fiant, is ſe extendit, ſpatiumque conplet, ſeu occupat majus ſicuti expreſſe notavit octonius de Guericke lib. 3. de experim. Magdelburg. & David vander Becte lib. 1. experiment. circa naturalium rerum principia. notat quod aërem conſtituunt effluvia illa terreſtria & aquea varii generis ſolis virtute excitata & evecta. neque tamen noſtram totam terram ejuſmodi atmoſphæra circumveſtiri facilè crediderim, quin & cæteri planetæ eadem gaudeant, eadem quippe eſt ad hos etiam actio ſolaris ignis vel ætheris quæ in terram noſtram adeòque ex ſimilis naturæ corporibus ſimilia eſſe debeat effluvia pro diſtantiarum tamen varietate plura & pauciora. hæc ille.. & propter hanc cauſam expoſuit Ariſtotiles lib. 2. de generat. ſect. 37. quod ex uno pugillo aquæ generantur decem aëris; & qualis eſt proportio partis ad partem, talis eſt totius ad totum. ut dicitur in lib. meteorar. c. 2 & propter iſtam cauſam dixit Marſilius Ficinus in Platonis Thim. c. 23. aër aqua duplo acutior, triplo nobilior, quadruplo ſubtilior. & aqua ad terram duplo acutior, triplo ſubtilior, & quadruplo ad motum paratior. & Andreas Gallus lib. de peſte faſciculo 2. in hac eadem ſententia eſt, dùm

dùm refert, quod quemadmodum ſe habet ignis ad aërem, ſic aër ad aquam, & aqua ad terram: rurſúſque ſicut terra ad aquam, ſic illa ad aërem, atque hic ad ignem: & hæc eſt radix & fundamentum omnium corporum naturalium, virtutum, & operum mirabilium, hæc ille. & quod dilatatio in aëre obſervatur obſervat Academia Florentina per dilatationem aëris in vacuo ratione veſicæ ſemiplenæ aëris quæ dilatatur uſque ad ſuam maximam plenitudinem: vel ſi aër incluſus in ſpuma genita ex albumine ovi ſapone & aqua, & iſta ſpuma in vacuo ponatur; obſervaturque quod aër incluſus in illis parvis guttulis ſpumæ ſe extendere in maximos globos uſque quo eos frangit. uti notant ſi ſagge naturali dell'eſperience fol. 34. idem ſenſit Collegium Curioſum in tentamina actuaria. q. concluſ. 1. & quod aër condenſatur per applicationem frigoris. notat idemmet collegium curioſum loco citato. ab applicato frigido aerem condenſari, & in anguſtum ſpatium cogi. idem ſentit Boilus de corporum affectionibus & hoc non obſtante quòd non ſemper maneat in eodem ſtatu, quia nunc rareſit, nunc condenſetur, remanet tamen in eadem quantitate priſtina. ſicuti placuit Henrico Regio lib. 1. Philoſ. naturali c. 2. & illud quod eſt plus propter diverſa effluvia quæ recipit à terræ diverſitate & ejus ſitu, cauſat atque generat diverſa. id eſt mutat corpora, defert calorem & frigus, & eſt etiam aptus ad recipiendum omnia, id eſt, lumen, odorem, & ſonum: ita etiam humiditates & vapores &c. miraque operatur in animalibus, & in animantis, animalia extra lambit, protegit, & ad mediocritatem adducendo, intuſque penetrat, ac etiam in reſpirationibus ſubinde tuetur. ut expoſuit Octonus de Guericke in experim. Magdeburgenſ. lib. 3. c. 1. & quia uti diximus aer ſuam naturam à terra attrahit, ac aſſumit: & ſic

ex cæli, ac regionum diverſitate incolarum naſci, non tantum quòad corpora, verum etiam quoad animos. uti Levinus docuit de complexione fol. 18. ac etiam diverſitas naturæ ex diverſitate cœli augetur. ſcripſit Cælius Rodiginus lib. 18. c. 18. de lection. antiq. & propter hanc cauſam Europei indomiti ſunt & feroces, Aſiatini molles & luxu dediti carthaginenſes fraudolent, & Fædifragi: Ligures montani duri, agreſtes: campani ſemper ſuperbi, Hiſpani Africani calidi, & verſuti : Alexandrini fallaces alia ſimulantes, ſed ad ſingulos motus excandeſcentes, Ægyptii furibundi, jactantes, & rerum novarum avidi: ſiculi acuti, Perſæ Zelotypi, Pannonii feroces, ſed ingenio pingui & hebet, Britanni hoſpitibus feri : Luſitani verſatiles: ſcythæ ſordidiſſimi, & iracundi: Athenienſes ad iram & miſericordiam lubrici; cretenſes ad omnia doli genera promptiſſimi: Albani qui ad cauſarum ſunt, ingenio minimè fucato aut ſubdòlo; ſyri avari. Græci Leves mendaces & creduli. ut expoſuit Laurentius lib. 2. deſtrumarum curat. c. 2. & Oribaſius lib. 11. adductio à Mercuriale variar. lection. lib. 3 c. 1. refert loca ſublimia, ſaluberrima ſunt, cum aer in eis non ſit permanens ſed perfundatur, autà ventis continenter exagitetur, eumque rectè perſpirentur omnibus thoracis affectionibus erunt acomodata, & capiti laboranti, & omnibus ſenſuum inſtrumentis convenient: ac loca humida ante dictis non ſunt idonea; iis verò qui per halitum digeruntur, qui in ſyncopas cadunt, & ſenibus magis quàm ſublimia apta ſunt: loca verò maritima hydropicis & quibus quævis defluxio moleſta eſt, accomodata ſunt; itemque ubi detegendum aut calefaciendum aut aperiendum eſt conveniunt: ſed proſunt etiam omnibus iis qui nervorum & articulorum doloribus torquentur, jam depravatis quoque appetitibus pro

proſunt. Mediterranea verò ſunt maritimis frigidiora, cæterum ad morbos acutos, ſineque paluſtria neque cava fuerint ſunt maritimis accomodatiora, ſed ad morbos diuturnos ineptiora: ſtagnantia cum ſemper ſunt in vitio, tum vero etiam æſtate ſunt peſtilentia: præterea æſtate quidem ſuffocant, hyeme verò moleſta frigora faciunt, neque tamen ſanitati accomodata: quæ vero ſunt prope flumina, frigida & inequalia exiſtunt, ſolis atrophia ob humiditatem laborantibus accomodata. Hiſce priora habentur luculenta, quoniam non ſolum aerem pravum, ſed etiam & fructus deteriores reddunt, ſtomachum corrumpunt, viſcera adurant, malos habitus, cacochimias & hydropes pariunt: præterea quæ metallis propinqua ſunt mala itidem exiſtimantur: ſiquidem ſicca ſunt & ſuffocantia: quæ verò ſub terra ſunt ſi boni ſucci fuerint, ſiccioribus affectionibus apta cenſentur: argilloſa verò robur diſſolvunt cum exhalationem habeant, in qua exolvendi vis ineſt: præterea quæ metallis propinqua ſunt mala itidem exiſtimantur: ſiquidem ſicca ſunt & ſuffocantia: quæ vero ſub terra ſunt ſi boni ſucci fuerint ſiccioribus affectionibus apta cenſentur. Argilloſa vero robur diſſolvunt, cum exhalationem habeant, in qua exolvendi vis ineſt: ruſa majore exiccandi vi quamquam tunc diximus ſunt prædita; nigra vero omnibus bonitate longè preſtant. & ſi per diverſas terræ qualitates, morbi diverſi oriuntur; vocati à medicis patrii vernaculi natalitii, regionales, indigenæ & inquilini. ut Ægyptiis elephantiaſis eſt familiaris; Mauritanis & Æthiopibus dracunculi, Aſiaticis lichenes, Achaiam habitantibus lippitudines Parthis graves oris halitus, tectoſagis hydrocelæ, genuenſibus caharri; Luſitanis pthyſis; Vaſconibus gibbus & lycanthrophia, Appulis icterus: Romanis hemitriteus: Athenienſibus & Mediolanenſibus podagræ;

 Tran-

Tranſilvanis varen; Americam incolentibus morbuſton dictus, qui digitos pedum exedit animalculi inſtar ſub unguibus ſe inſinuans. Delon inſulam habitantibus leucophlegmatiæ ſpecies; vultus enim & capillos habent albeſcentes, collo & pectore ſine dolore, ſine febre; huncque morbum Apollinis ira ibi eveniſſe putant. Venetis hæmorrhoides: Tridentinis pleuritides: Florentinis epilepſia; propterea recens natis inurunt capita. Pariſienſibus Herniæ, Tholoſanis diſſenteriæ. cariam incolentibus lienes magni: ideo dicebat ſtratonicus cytharedus in caria ambulare mortuos quod lienoſi eſſent omnes, Polonis plica: Indis lues venerea, buam nocant: Germanis, Belgis, Danis ſcorbutus; Meſſinam provinciam habitantibus artuum contractiones: Narbonenſibus carbunculi: Alpinis & Allobrogibus broncocele (gutturonem vocant Taurini Barbari bovum gulæ, alii herniam gutturis) charintiæ & ſtyriæ aſpera inhabitantibus ut & Hiſpaniæ quibuſdam provinciis ſtrumæ ſeu ſcrophulæ. & in ſubaudis Valeſianis collo & gutture ſtrumoſi. Ita cuique ferè regioni ſua ſunt & mala, & bona, ut notaverunt Laurentius lib. 2. de ſtruncar. curat. c. 2. & Janus cæcilius in opuſcula varia cap. 2. coſmographiæ. in qua ſententia concurrit Montuus de medicina activa c. 2. qui inter alia refert regiones varios parere humores; humi namque temperamenta immutare, & conſequenter mores: ita etiam vulnera capitis difficilius curantur in gallis, ſurarum in Anglis. ut notat Hornius in Arca Moſis.

35. Ac ſi aër eſt effluvium ſecundum octonem de Guericke: ergo propiè elementum dici non poteſt; quia quando aqua, vel res aliqua humida, concutitur, conquaſſatur, vel atteritur; ſicuti experimur per aquarum lapſum poſſe ventum & organum excitari: item quando ſit fermentatio,

aut

aut putrefactio corporis humidi, tunc eo magis effluit odor, vel expiramentum aliquod corporeum, quia nihil aliud eſt quam aër: Et ſi Aer eſt elementum; & elementum definitur ab Ariſtotile 5. meteoror. c. 3. quod ſit principium ex quo initio fit aliquod, id eſt quod quatuor vulgata corpora ſimplicia ſunt ea, in quibus cætera corpora primo conſtant, & in quæ reſolvuntur, vim ex aliis non conſtent, nec in alia reſolvantur, hinc dicta ſunt elementa. ut conſtat lib. 3. de cœlo c. 3 quod elementum eſt id, in quod reſolvuntur cætera corpora in quibus ineſt potentiâ, vel actu, ipſum verò in alia re reſolvi nequit. ergo ſi aër eſt effluvium, uti ſupra latè explicavimus, & ſic elementum nominari non debet; & licet poſſit reſponderi, quòd intelligitur tantum de aëre vaporoſo & alituoſo, non autem de aere ſimplici & propio. ſecundum Alberti magni ſententiam in lib. de paſſionibus aëris, non poſſit aerem dicit ille cogi in vaporem, dùm intelligit quod nomen vaporis eſt generium ad terræ & aquæ halitum, ſicuti expoſuit in lib. de meteoris & de paſſionibus aeris. Dum inter alia refert vaporem eſſe vel ab aqua, vel à terra: ſed apud nos conſiderandus venit aer in triplici differentia in aura, ſeu halitu, vapore, & exhalarione: & halitus ſunt quid medium inter elementa craſſa & tenuia, vapor eſt medium inter aquam & aerem; exhalatio inter terram & ignem. Ergo ſicut elementa erant terra & aqua tranſeunt ad aliud medium, ita tenuia poſſunt ad idem medium tranſire; ſicut craſſa per attenuationem fiunt propinqua levibus & raris: ita rara coactione & addenſatione accedere poſſunt ad craſſa: poteſt aer mutari in aquam, ergo poteſt facilius mutari in vaporem: facilius eſt tranſire ad extremum per medium, quam immediatè.

36. Et quod aer acceptus in ſua propria forma

ſit halitus ex terra & aqua. notavit Laurentius Stauſius in Epiſtola ad Comitem Dygbeum dicendo atmoſpheram in quam eſſe congeriem corpuſculorum ex terra & aqua mixtiſque corporibus extruſorum. Et in hac ſententia concurrunt omnes rete orologici, & probatur quia quando aſcendunt in ſummis montium cacuminibus, reſpiratio ipſi tunc eſt valde difficilis, non ſine mortis periculo, ſtante quòd eſt ibi aer levior, quam qui ſanguinis in pulmones ruituri impetum retundere aut fuligines craſſiores ſuperne eliminare poſſit, quare inſtructi eſſe ſolent montium acceſſuri juga ſpongiis aqua imbutis per has namque factus aër levior, gravitatem quandam ex aqua nactus, reſpirationi magis utilis redditur: ſed ſi eſt magis gravis, tunc difficilis ad reſpirationem. ut totum obſervatur in balneis calidioribus & cubiculis quoque accenſorum carbonum repletis fuliginibus & clauſis, non ex defectu refrigerati aeris; ſicuti opinatus eſt Verulamius in hiſtoria vitæ & mortis, ſed nimia ejus gravitate proficiſci: quia graviores oleorum particulæ nigricantibus illis inſectorum in utroque ipſorum latere juxta ſpinam conſtitutis vaſis pneumatoſis illitæ ſpiritum præcludunt, adeòque extingunt obſervante Malpigio ſicuti notat David vander Becke in experimentis naturalibus. Tanto magis quòd aer eſt elementum ſumme humidum & mediocriter leve; & aqua eſt elementum valde humidum & ſummiter grave ut diſpoſuit Gordonius in ſumma philoſoph. c. de elementis. Et ſic procedit ab àqua & terra & hyberno tempore clarè demonſtratur ex halitu oris qui nihil aliud eſt niſi aer ingreſſus, ut plurimum, qui obſervatur aliquando totum in aquam in aliquibus hominibus converſum eſſe ſicut totum accidit in moniale Romana quæ in uno die ducentas urinæ libros fæcerit, quæ erat valde tenuis, & ſubſtantia aquæ perſimilis, & cum hoc urinæ

urinæ profluvio aliquibus diebus perſeverante. Et illud quod erat mirum ab omni potus genere abhorrebat. Ut notat Servius de unguento Armario n. 20. & nihil de ore accipiebat, niſi aerem; ergo aerem totum converſum eſſe in aquam. Idem accidit in perſona Cardani. ut notat in lib. centum genitararum absque ullo vitæ detrimento, & per rerum calidarum applicationem, talis multitudo urinæ in ipſo Cardano ceſſavit. Et Franciſcus de Buſi in civitate Mediolani anno 1481. habuit in cura quandam puellam annorum 18. quæ paſſa eſt fluxum urinæ; adeo quòd ſingulo die mingebat bucalia 16. urinæ & continuavit per 60. dies, & illud quod ſumebat inter cibum & potum, aſcendebat ad bucalia 3. & manifeſtè apparet; quod ſi totum corpus diſſolutum fuiſſet, non aſcenderet ad quantitatem tantam; emiſit autem hæc puella ultra cibi & potus ſubſtantiam. ſi rectè calculum inſtituit Cardanus libras 1740. intus diebus 60. Et Joannes Marlianus putavit aërem qui in arteriis ubique contineretur, & in ſubſtantiam aqueam converſum, eaque ejecta ſuccedentem aliam ſimiliter converſam in aquam, atque ita multiplicatum ſicuti refert Strauſius l. c. & Scherchius lib. 3. de diabite ex Guillelmo Adolpho notat de quodam homine, qui ſingulis diebus quatuor vel quinque cantharas urinæ excernebat, cum vix quadrantem biberet: & propter hanc cauſam dixerunt Sennertus lib. 3. epit. natural. ſcient. & Petrus Garſis ſuper Avicennam ignis quippe in aerem, aerem in aquam, aqua in terram invicem ſaltem in aliquibus ſui partibus, ſi non in omnibus permutantur.

37. Et quod aër convertitur in aquam, obſervatur in Academia Phyſica Romana apud illuſtriſſimum Dominum Antiſtitem de Ciampinis ob aerem clauſum in phiala vitrea ratione caloris in aquam converſum. Idem experta eſt Academia Florentina

rentina licet ipſa extrahit diverſimode à Romana Academia ut notant li ſagg. di naturali experienſe, e dell'humido dell'area. ut etiam obſervantur halitus à terra & aqua aſcendentes ad talem & talem diſtantiam determinatam ut expreſſe demonſtrat Tycho tomo 1. progim. IV. in obſervatione altitudinis aeris. in quo refractiones ſenſibiles obſervantur, quæ ad 52. milliaria Italica ſe extendunt, hoc eſt tanta eſt ejus altitudo; quanta halituum, qui reflectentes naſcituri ſolis radios gignunt crepuſculum. ſicuti docent Vitellio in optica lib. 10. tex. 60. Keplerus in epitome Aſtron. p. 69. & in Aſtron. optica p. 117. & ſequentibus. Longomontanus in Aſtron. Danica lib. 2. ſpæricorum probl. 2. & ab ejus craſſitie, denſitate, & raritate deſumunt Aſtronomi refractiones & crepuſcula. uti expoſuerunt Riviolus lib. 1. Almageſtri. c. 34. & Clavius in digreſſione Geometrica de crepuſculis in comm. 3. ſphæræ. & ſic hic ceſſat opinio Boniamici lib. 1. de motu c. 26. dicentis ex ſententia Ariſtotelis lib. 1. metaphyſ. c. 3. quod aer aqua vetuſtior eſſe reputetur, id ſignificetur ex aere aquam fieri, contra non item ea ſcilicet ratione, quod ubi apparet aer, aquam gigni manifeſtè naſcatur, itaque ex ipſo generari; & quemadmodum ex aqua fiat aer, hoc ſenſu non comprehendi. quocirca judicetur aquam ex aere naſci, non autem aerem ex aqua, proinde principium aer habeatur.

38. Et ſic remanent tria elementa id eſt terra, aqua, & ignis; quæ opinio eſt ſimilis chymicis ſtatuentibus ſalem, ſulphur, & Mercurium; & in ſingulis ſua prædominantur elementa, ut ignis namque copioſior eſt in ſulphure, aqua in Mercurio, qui totus in fumum habiit, & à vaporibus iterum in Mercurium coaleſcit: in terra ſal, ut pondus, & gravitas demonſtrat, uti dixerunt Iſacchus Holandus Frater Baſilius Valentinus, quos poſtea

ſequu-

ſequutus eſt Paracelſus, & hunc Petrus Severinus, Quercetanus, & hodie plurimi. Et tandem non nulli in iſta tria tantum concurrunt elementa, & iſta tria ſolum cognoſcentes tanquam rerum principia; aërem excludentes à ratione elementi, qui non poteſt ingredi in compoſitionem mixti, cum refugiat unionem cum aliis: neque enim in aqua, terra aut igne figitur, ſeu furit, Liquores ab aëre ſiccantur, & ſic à ſiccitate impediantur; tamen ſine adheſione manet, dùm avolandi locus detur: deinde nullam habet in terra qualitatem; ſed facilè recipit alienas; nam caleſcit à ſole, frigeſcit à terra, humeſcit ab aqua, à lacubus, paludibus, foſſis, nubibus; inficitur ventis, flatibus variatur, infinitisque aliis mutationibus ſubjacet, quare non eſt ad mixtionem aptus, ſed ſolum in mixtis poros replet, & vacuum implet. Unde ex hoc ceſſat ratio cardoſi lib. 1. philoſophiæ quæſt. 2. dicendo inter alia aerem qui unquam mortalium vidit in ignem aut aquam converſum, unde igitur iſtas ſomniarunt. & Metamorphoſes & Prothei figuras non viſas, neque expertas. Aſcendunt ſanè ex aqua & terra vapores, qui tamen ſubſtantialiter aqua ſunt & poſtea in nubes conſtringuntur, & in pluvias dilatantur: vel ſi ad pluvias non ſunt opportune, decidunt ſenſibiliter in guttas; quod ſi ad feneſtras & parietes balnei adnaſcitur aqua, non fuit aer in aquam converſus, ut multi opinantur, ſed vapor aquæ ex balneo exiens mearus illarum ſubiit, opuſcula experire, in quibus vapores ex aqua illa aſcendentes in aquam non in aërem concreſcunt: ſunt autem vapores nihil aliud, quam aqua tenuiſſima à calore rurſum elata, Aquæ particula intra terram detenta quamvis mole magna circumdata, nunquam in terram vertitur, in vapores abiit, & in minuitiores parliculas diſpergitur: ſicut etiam terræ pars intra aquarum vaſtitatem nunquam fit aqua,

Et Belligradus experimentum facit in uncia aquæ in vaſe vitreo contenta, quod ſit 20. librarum capax, collo duabus pedibus longo & craſſitudine digiti tubulato, quantumvis ſupra cineres calidos tepefacta in vaporem abeat, multis annis concreſcit in guttas, & ad fundum relabitur continenter, atque ubi refrigeſcit, idem pondus & menſura deprehenditur, neque levior erit affecta, neque ſiccior. Unde clariſſimè demonſtratur nullam ejus particulam in aëre eſſe converſam: cum igitur iſtis tranſmutationibus credunt, quas nunquam nullus vidit, non tamen philoſophia ſenſibus inceperit, ut ait ſapientiſſimus Hippocrates in lib. de dicta tex. 10. oculis magis credere oportet, quàm opinionibus. hæc elle. Sed ſi oculis maximè credere debemus, quam opinionibus ut refert Cardotus, nos breviter loquendo ultra notata adducimus ea, quæ obſervarunt cum ſuis demonſtrationibus Joannes Bapta Porta, & Fabritius Bartholetus Mantuanus adducti à Marco Aurelio Siverino de reſpiratione piſcium ſol. 42. dicendo, rurſus aer & aqua tam affinia ſunt, ac tam uſu reciproca, ut alteram in alterum mutari plana monſtrat experientia, atque ex aqua fieri aërem igne reſoluta lippis & tonſoribus notum eſt. Jam verò in aëre quiſque conficiat aquam. Dominus Joannes Baptiſta Porta libro 20. magiæ naturalis cap. 5. docuit, docuitque Fabritius Bartholetus Bononienſis philoſophus, mantuanus verò profeſſor clariſſimus propoſito noſtro in lib. de vitiis reſpirationis medico cognoſcendis, atque vitandis Preumalotabio inſtrumento, cujus figuram repreſentavit & uſum. declaravit autem hoc pacto; paratur Pneumatolabion vitreum rotundis Eurypis excavatum, & ex utraque parte roſtratum, cujus elegantem formam omnium oculis non occulere, ſed fideli delineatione objicere placuit hujus inferior tubus è vitri medio propendens

pendens in nivis acervo eſt ſepelliendus: poſtmodum aëre ex ore naturali reſpiratione per alterutrum roſtrum, ſeu vitriam arteriam eſt intromittendus; dum enim per vitreos circulus incluſus halitus circulatur frigidi magiſterio in aquam deſtillatur, hanc in urinali vitreo aperto concluſam ſub diu reponimus, quæ lente evaporans in albicantes cryſtallos capillorum modo diſperſitos concreſcit: has curioſè colligimus, & in conſervis & congruentibus liquoribus diſphicis proponimus. hæc ille,

39. Ita etiam, & ſi aër continuo mutabilis obſervatur non ſolum ratione anni, verum temporis diei, & momenti & hoc ob rarefactionem & condenſationem. ut expoſuit Cornelius Hogelandus de Hiſtoria œconom. animal. c. de ſanguinis dilatatione. & ejus repentina mutatio corpora & ſpiritus ledit. ut voluit vander Becke in medulla medicinæ divinæ c. 2. & ſubita mutatio aëris ad alias, atque alias conſtitutiones, & diverſas qualitates plurimum ſpiritus, humores, & corpora alterat, & graviſſimis morbis obnoxia facit; & hoc non ſolum accidit in ejus intemperie calida, ſed etiam frigida, ſicca, & humida: quia calida aëris intemperies, poros aperit, corpora laxat, & emaceat, ſanguinem attenuat, melancholiam adurit, bilem exacuit, pituitam fundit, ſerum torret, & alvum ſiccat. Humida verò intemperies corpora multis ſupervacuis humoribus onerat, mollia lataque reddit, & abeundis vitæ nunciis infirma, caloremque in illis obruendo actiones debilitat, & cruditates coacervat, ſicca intemperies corpora denſat, humores ſiccos, duroſque reddens, obſtructionibus anſam præbet, & frigida intemperies, poros ſtringit, ſpiritus, caloremque torpidos reddit, & humores ingroſſat, & conſideratus aër diei naturalis ratione, etiam ſuas

mutat qualitates, qualiter in annò. ſicuti notat Mercurialis vatiar. lectionum c. 1. ex dicto oribatii c. 4. diem una cum nocte intelligimus eumque anno ſimilem eſſe pronuntiamus, quemadmodum Hippocrates in 2. epidimic. ſignificavit matutinum enim tempus humidum, calidumque eſt veriſimile, quamobrem ſomnipuri, & corpora tam ſanorum quàm ægrotantium recreantur. ex quo fit, ut febricitantes hac hora placidiſſimè degant: nam exhalationes manè diſſolvuntur, & humidæ plurimum autem reſpirant, ros cadit, flores exurgunt, omniaque è terra orientia attolluntur, nimirum matutina conſtitutione veriſimile exiſtente. Meridies verò Æſtati comparatur; pars verò quæ ad occaſum pertinet autumno, propter hoc gravitates inferri, quippe cum occaſus morboſus ſit. Noctis verò prima pars, quæ circa veſperam eſt, occaſui ſimilis eſt, eo tempore neque ſomnum ægroti ſuademus, neque potum damus neque ullum aliud auxilio adhibemus, niſi quid aliud admoveat, quòd facimus veluti illud tempus, æquè ac tempus oceatus veſcamur. mediæ noctis tempus hyemi comparatum eſt, ſiquidem tùm ſol primum à nobis ut hybernis diebus diſtat. ergo dolores nocturno tempore vehementiores ſunt, idque merito cum nox ſuo frigore extremam cutem denſet, & perſpirationem, quæ clam in corporibus fit intercipiat, ut defluxiones tùm eorum, qui lippitudine laborent, tùm eorum qui tormina inteſtinorum exercent, tùm eorum, qui ſanguis fluit, ab hac eadem cauſa promoventur, cum ii qui defluxionibus abundent. Ultima noctis pars præterea, quòd matutino tempori propinqua eſt, ejuſdem cum eo temperamento eſt particeps. & propter hanc cauſam dixit ſantorellus lib. 2. ante prax. medicæ c. 9. aër noſtri corporis qualitates permutat, eadem fluxiones, humores, aſperſiones leſæ-

leſæque cavitates. Unde qualis erat aër, tales & ſpiritus, prima animi inſtrumenta. ut ex aëre puro & tenui, puri & tenues; ex craſſo & impuro, caliginoſi generantur ſpiritus. ut dixit Hippocrates in lib. de aëre, locis, & aquis. ac deficati & lucidiſſimi ſpiritus phantaſmata reddunt ſubtiliora, impuri verò & tenebroſi imaginationi tenebras offendunt, per quam ſuprema illa vis animæ intelligens concitatur, & expergiſcit ad ſpeculandas univerſalium rerum ideas. ſicuti dixit Philoſophus intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari. & quia conceptio eſt proles mentis. uti Plato in Phileb. & etiam omnis notitia ſicuti expoſuit D. Auguſtinus lib. 9. c. 12. de Trinit. quæ mens ope ſenſus percipit ea, quæ in ſenſum cadunt, poſtquam enim à ſenſu percepta ſunt, illa mens contemplari agreditur. ut Alexand. aprod. in 4. metaphy. ſenſus poſtea in duplici ſtatu poſitus, id eſt in interno & externo. ſicuti volunt peripatici de ſenſu & ſenſibili. ut externi ſenſus ſunt ſenſus corporis, per quos ſenſus interni agunt vires ſuas ratione ſenſus communis, imaginativæ, phantaſiæ, æſtimativæ, memoriæ, & reminiſcentiæ, tam in materiis ſenſatis, quàm in non ſenſatis. quæ omnia in cerebro poſita eſſe voluit Frommondus lib. 3. de anima c. 8. art. 3. dicendo per eaſdem nervorum vias, quibus vis cerebri irradiativa in organa ſenſuum externorum defluit, ſpecies quaſdam à ſenſibus externis redire ad cerebrum, medicina, philoſophia peripatetica ſuadent; & experientia perſuadet. ſenſus communis poſtea eſt poſitus in anteriori parte cerebri, cellulam habens ſatis amplam, in loco ubi concurrunt nervi ſenſitivi quinque exteriorum ſenſuum, qui locus medulloſus & humidus eſt: poſt ſenſum communem ſequitur imaginativa virtus, quæ conſiſtit in anteriori parte cerebri, ubi locus eſt minus medulloſus, minuſque

que humidus, & aliquatenus magis ſiccus, quam ſit illa pars, cujus ſedes eſt ſenſus communis: poſt imaginativam ſequitur potentia æſtimativa & phantaſia, que ſita ſunt in medio inter memoriam à parte poſteriori & imaginativam in parte anteriori, tanquam indifferenter ad utramque, una vel alia ſe potens convertere, cujus locus eſt admodum calidus ad quem multi ſpiritus continuo aſcendunt, propter quod eſt in continuo motu, pluſquam aliæ vires prædictæ: poſt illam tandem ſequitur virtus memorativa, quæ poſita eſt in poſteriori parte cerebri, in qua pars cerebri obſervatur magis ſicca, & aliquantulum dura. ſicuti dixerunt Dandinus lib. 3. de anima comment. 62. digreſſ. 15. Tilmandus de natura naturata lib. 13. de ſenſib. exter' Jacob. le Franc. de corpore animato c. 16. diſput. 4. collegium Conimbricenſe in comm. 3. de anima q. 2. art. 2. & ſeq. & erat totius in appendice lib. 3. de anima cap. 1. tanto magis quod nervi a cerebro derivantur, per quos influunt ſpiritus ad actum ſentiendi ut notavit collegium Nimbricenſis l. c. ſed ſi attendatur opinio Fromondi lib. 3. de anima c. 8. art. 5. exiſtimat quòd quatuor cerebri ventriculi bini priores, unus medius & poſtremus in occipite non ſunt ſenſuum internorum ſedes, ſed officinæ tantum, & fornaces ad ſpirituum animalium cocturam & perfectionem. dùm exiſtimat ſenſuum ſedem in parte aliqua determinata anguſtiſſimorum meatuum, & cuniculorum, qui per revolutiones cerebri ducuntur, & inſculpuntur, quas & raſiſtratus elegantiſſimè, ut ait Veſalius l. 7. cap. 4. tenuium inteſtinorum revolutionibus comparat, unde meatus illos inteſtini formes vocare poſſimus, per hos multiplices gyros gyrat; & diſcurrit ſpiritus animalis imaginum Boilus Sed quia eſt viſum ſecundum ea quæ notat Schenkius ex Theodorico medico cuidam fabro ex vulnere occipitis

totum

totum poſtremæ cellæ cerebrum à chirurgo evacuatum fuiſſe, & tamen manſiſſe memoriam ſuæ artis, ſicut ante. In qua ſententia concurrunt Bernardinus Genga cum ſuis repetitis obſervationibus. ſicuti notat in chirurgia anatomica c. 10. Cranii. Petrus Borellus in ſuis centuriis med. phyſ. & Joannes Rodius cent. 30. 31. obſervat. medicinal. & ſic ex hoc ceſſat opinio Dandini l. c. læſo cerebro hæ omnes operationes læduntur. Et propter hanc cauſam à ſupra dicta opinione diſceſſit Keckermannus, & ad alia animum ſuum applicavit, id eſt ad ſedem cordis. dum refert totum provenire à corde, magis minuſque ſicco & calido. ſicuti notat lib. 3. ſyſtem. phyſ. c. 15. dicendo hinc femina rarò pertingit ad ea judicii maturitatem, ad quam pertingunt viri; quia cor fœminarum non eſt ſiccum & calidum, ut virorum: & ex ipſis viris varietas judiciorum & ingeniorum à cordis diſpoſitione pendet, imo eſt integrarum gentium, ingenia diverſa ſunt propter diverſitatem cordium. Ut Italus ſicco eſt corde, ideo ingenioſus; germanus corde eſt humidior, ideò in inventionibus communiter cædit Italo, unde Italus invenit, Germanus diſcit, & Polonus uſurpat. unde quidem nata eſt illa vox eximia apud latinos, qui virum cordatum appellat, ingenioſum & judicioſum, innuentes nimirum primum principium, & fundamentum ingenii & judicii eſſe à cordis diſpoſitione. Et hoc ex ſententia Sennerti lib. 6. epitome naturalis ſcientiæ cap. 1. qui ductus ab experientia duorum capitum ex uno corpore emergentium, in quibus ubi cor erat geminum, viſum quod ſi una pars aliquando cibis & potione utebatur, alteram abſtinebat, ſic itidem in quiete & ſomno variè ac differenter ſe habebant, & viciſſim læſitârent, & riſu & lagrimis tenerentur, mutuiſque plagis ſecederent. In altero verò, ubi non cor geminum,

ſed

ſed caput geminum, erat cibi appetitus, & fames eadem, vox ſimillima, idem uxoris quam habebat & exercendi utriuſque capitibus erat deſiderium. Unde concludit, ſi ſenſus & motus & aliæ animalis actiones à cerebro & non à corde primo pendent cur tantum in priore erant duplices, in quo præter cerebrum erat cor duplex, & non in poſteriori in quo erat caput geminum. Ductus ad hæc ab obſervatione Jo. Schenkii obſervat. medic. par. 1. obſervat. 10. in qua ſententia concurrit Petrus Borellus centur. 2. obſervat. med. phyſ. obſervat. 57. & propter hanc cauſam dixerunt Græci. cor ſapit, pulmo loquitur, fel commovet iras, ſplen ridere facit, cogit amare jecur. Unde ſi hoc eſſet, cautè baptizandus infans ſi duobus capitibus eſt præditus. contra ſententiam ſcholaſticorum, ſi duobus capitibus præditus duplex baptiſma hinc erit dandum. Et licet à corde ſpiritus deveniunt, & cor ſimul cum toto corpore eſt ſubjacens aëri, & externis qualitatibus; & propter hanc cauſam non ſolum ſpiritus, verum etiam totum corpus ſecundum ſuas qualitates alterat.

40. Ita etiam aër tùm inſpiratus, tùm circumfuſus magnam in mutandis corporibus vim obtinet, & exercit, vel qualitatum immoderatione vel ſubſtantiæ victui, vel ſubita mutatione, vel motu conveniente. ſicuti expoſuit vander Becke in medulla medicinæ art. 2. medic. ethiolog. quæ recepta ab inſpirante, poſtea à pulmonibus concoquitur, & ſic diverſæ ſpeciei eſt aër, alius intuens, alius exiens; quia cum ergo aër inſpiratur, & expiratur, dixit Galenus tantum expelli, quantum attractum fuit, ſed non propterea eſt idem aër, qui expellitur, cum coqui expiratus eſt, neque eadem ipſius ſubſtantia; nam expellitur aër fuliginoſus, & excrementoſus, relicto in concoctione in pulmonibus; ſemper enim pulmones concoquunt ipſum

aerem

aërem, eumque præparant ut poſſint nutrire ſpiritum eumque refrigerare, & ſemper expellit partem ipſius diſſimilem, quæ aſſimilari non potuit. dixit Montanus par. 2. medicinæ c. an ſubſtantia vaporoſa & propter hoc diſpoſitus eſt pulmo. Atque magnam fuiſſe ſapientiam naturæ informandis pulmonibus, ita etiam eos conformavit, ut in eis ſemper aër contineretur. notavit Galenus c. 7. de uſu partium. & ratione concoctionis res ſpiſſantur. expoſuit Gabeus lib. 2. meteor. ſuper tex. 21. & propter hoc aër nutrimentum preſtat uti placuit Theophraſto in 3. de cauſis c. 8. & 14. de plantis; tanto magis quòd apud nos elementum purum non datur, & ſic ſemper intelligitur de aëre impuro, id eſt de effluvio terreſtrium aqueo permixto. uti dixit Marcellinus in atramento ſcientifico. par. 7: tit. 18. diſtinct. 3. & tali modo erit intelligendus ſenſus Ariſtotelis de ſenſu & ſenſibili. & quando Philoſophus refert quòd nullum elementum nutrit, intelligitur de elemento puro, quale apud nos nullum datur. & etiam illud quod notat in lib. 8. de hiſtoria animal. lupos nutriri terra & aere: intelligi debet de aere impuro, & impurâ terra. Et quod aër impurus eſt miſcella diverſarum exhalationum & vaporum unde de facili corrumpitur, à qua corruptione morbi epidemici naſcuntur, & etiam peſtis id eſt ex intèmperie ſiccitatis, vel caloris, vel humiditatis nimiæ pro venientes. ut dixit Hermes Triſmegiſtus lib. 4. c. 2. in qua ſententia concurrunt Raſis in Almanſorem c. 16. Hali lib. 7. de regali diſpoſitione cap. 7. & Avicenna 4. canonis tract. 4. in principio dixit quòd febres accidentes ex cauſa aeris ſiccæ ſunt febres colericæ; peſtilentiales verò ex aëre turbido & humido. & provenit propter admixtionem halituum & fuliginum, quæ ex corporibus mixtis exhalant. ut dixit Keckermannus lib. 2. ſyſtem. phyſ. c. 14.

c. 14. & ſi ad corruptionem aptus - ergo eſt impurus, & tanquam impurus, eſt uti mixtum, & ſic ad nutritionem aptus quam ſententiam confirmat Fromondus lib. 2. de anima c. 2. dicendo. deinde Hippocrates & Galenus & medicorum quis non: 2o. ex aere pulmonibus aut naribus attracto ſpiritum vitalem in corde, animalem in cerebro ali affirmant ſpiritus aut emiſſi, aut vivunt, aut certè quaſi partes viventis habentur, medicis concors eſt S. Auguſtinus lib. 4. c. 3. de origine animæ qui aërem ſtabile alimentum vocat, & aura iſta undique circumfuſa intrando ali, & elevari exeundo docet.

Et ſi ex aëre provenit corruptio, & ex ipſa generatio; ſtante quod corruptio unius eſt alterius generatio, ut Peripateticorum ſchola ſuadet, & Kircherus in ſerutinio phyſico medico de peſte ſect. 1. c. 3. docet; ex hujuſmodi enim halitibus primum terra ſuperficiei extimæ vicina inficitur; hujus venenum hauriunt radices, plantæ, gramina, & fructibus, refectæ arbores, quarum mucor ex floribus, fructibuſque exundans in vermes & inſecta omnis generis animatur; hæc bruta atque homines in alimentum corruptione plenum aſſumunt, unde ſanguinis corruptio, & peſtifera contagio neceſſario ſequitur hæc ille; quæ omnia comprobat cum exemplis ſcitu dignis adductis c: 7. §. 1. Undè hic patefaciet illa difficultas à Rede de inſectis excitata contra omnes peripateticos, in qua negatur, quod per corructionem unius proveniat generatio alterius ex plurimis ſuis obſervationibus in contrarium adductis ex diverſis animalibus & vegetabilibus. Sed, ſi attendatur modus ad hoc ut ne poſſit pervenire generatio ex ipſa corruptione, eſt propter intermedium interpoſitum, id eſt per telam exilem, ſeu gracilem antecedentem, per quam illi ſpiritus atomorum craſſorum apti & diſpoſiti

diſpoſiti ſemper ad generationem non poſſunt tranſire ad partes animalium corruptorum : & quod gracilis tela impedit generationem, obſervat collegium curioſum experimentale in tentamine 8. quòd in canaliculis vitreis minus anguſtis ultra livellum aſcendit aqua, ſed magis in minus anguſtis: & ſic quo arctior eſſet canaliculus, eo altius aſcendit aqua; & aſcendit aqua ſecundum obſervationem Bartoli uſque ad 18. digitos. (cauſa namque eſt, proter quam ipſa aqua aſcendit rationem aſſignat ipſemet David Bartholus in lib. de tenſione & preſſione c. 9. dicendo inter alia. ſarà dunque preſſion di fuori, quella che alterà l'acqua dentro, non vi manca. chi ſperi de ſperſuadento, peroche dicono l'arcâ vaporoſa è peſante, ben può aggravare la ſuperficie ſpianata l'acqua, chendè ni vaſo, ma perlatua groſſepa non può penetrar dentro quel ſollitiſſimo canellino, per modoche habbia forza di far contrapeſo alta preſſione di fuori, per eò vincendo queſta, entra l'acqua ad equilibrarſi, facendo di ſe, è diqu'ell' arca pui ſottile che può entrare vel carnello un peſo battevole albiſogno. e cio provaſi vero dal ſaler cheſa tant a piu alto l'acqua vel cannellino, quanto egliè pui ſoltile, è quanto egliè pui ſoltile, tanto altre ſi pui ſoltile, è pui legiera è l'aria chevipuò entrare. & propter iſtam obſervationem vult oſtendere quòd in natura obſervatur motus perpetuus, dùm refert. chè havendo rifacta l'eſperienſa, adoprando an cannello conta cima ripiegata allingiù, l'aequa ſali vali allaſumità, checran le 5. dita ſopra l'equilibrio del vaſa del l'acqua, & deſcendeva del l'albro bravio; equinei lacrimava, gittando una goviolina, epoi un altra cum un quaſi embrione di moto perpetuo, cadendo l'acqua vel medemo vaſo onde ſaliva, & cum un ſempre meovori ſalir perta medema via, & ricadere. &

 ad

ad materiam noſtram redeundo dicimus, quòd aëris craſſitudo eſt aër impurus ut dixit Albertus Magnus de proprietat. elementorum, quæ eſt acta ad putrefactionem & corruptionem, à qua provenit generatio. ſicuti notavit Averzoar in lib. achar. medicinar. in c. de epidemia. dicendo quòd aër magis nocuus eſt calidus & humidus cum putreſcit, & dilatatur, ſtante quod humiditas eſt putredinis mater. ut dixit Marſilius Ficinus in epidim. antitod. c. 5. vel dicitur nocuus ratione ventorum deferentium ad ipſum locum vapores malos ex locis fætidis, in quibus ſunt valles profundæ, & corpora deſiccata in prælio vel occiſa, vel non ſepulta. uti latè Avicenna in 4. canone tract. 4. vel accidit ipſa corruptio ex vaporibus corruptis. ut refert Haly c. de regali diſpoſitione c. 10. aut ex pluribus aliis cauſis. uti expoſuerunt Petrus Paduanenſis ſuper probl. 7. part. 1. Ariſtotil. & Albertus lib. 2. de proprietate aliment. trac. 3. c. 1. & an hoc ſit verum obſervatur tempore peſtis in quo propter malam conſtitutionem aëris viſum guttas ſudoris laborantium cadentes in terram, tunc in muſcas converſas, & aliquando in buffones. ſicuti notavit Petrus Martir decad. 3. lib. 6. qui refert, ſe vidiſſe ſudoris guttas cadentes è digitis laborantium in muſcas converſas. Quemadmodum in Dariena Regione Maricoſa ob aëris contagionem & venenoſam qualitatem guttas elaborantium manibus cadentes buffones procreare ſcribunt. ut refert Theatrum inſectorum c. 10. & hoc fit ſicuti tempore æſtivo in pulvere guttæ aquæ è cælo cadentes in ranas converſæ. ſicuti notant Auteorologie. in qua ſententia concurrit Petrus Borellus centuria 3. obſervat. 50. ſic etiam aëris craſſitudo aliquando ſuffocat, ut ſi fermenteſcentis vini, vel cereviſiæ particulæ parietum arctiorum incluſæ anguſtiis gravitate ſua candelam accen-

accenſam extingunt; ingreſſuris etiam ſuffocationis & mortis periculum minantur, ſicuti eſt accenſorum carbonum, parietum etiam recens incruſtatorum, ſulphureus graveoleſcenſque odor, qui dormientes metuenteſque nihil non ſemel oppreſſit, quemadmodum ſulphureus ille, ſerobis charoniæ odor in territorio Napolitano canes interimit. ſicuti narravit David vander Becke lib. 1. experimentar. rerum, atque in aliquibus partibus aer eſt ſic craſſus, in quo ignis de facili extinguatur ſicuti viſum in nova Zembla ut ſcripſit Marcus Polus lib. 1. c. 28. quòd in provincia Rocam Tartariæ aeris frigiditate, vel craſsitudine ignis vim ita reprimi, ut nec lucere valent, nec quicquam in eo coqui. & tandem hic provenit quod aqua pluvialis eſt magis proficua & acta ad generationem rerum, pluſquam alia aqua à rivis, fontibus, & fluminibus, lacubuſque proveniens, & eſt magis utilior ſeminibus, & maxime ſi inter tonitrua & fulgura cecidit (ideſt quòd magis cum exhalationibus eſt permixta) ut dixit Retta de meteoris aqueis tract. 3. Aqua pluvialis plantis plurimum prodeſt, & cardanus de rerum varietate lib. 60. c. 22. ait, aquas pluviales ut quocumque loco ceciderint plenæ anima videantur, in mari enim & lacubus piſcium generationem augent, & fontibus novos piſces procreant, in terra jam natas plantas alunt & novas procingunt. & non ex alia cauſa hoc provenit; quia dum cecidit ſe miſcet cum effluviis emanatis; in quibus concurrit magna pars ſalis & ſulphuris. ſicuti experta eſt Academia florentina, uti notant lſagge delle naturali eſperienſe & ſic ſimimilium adjunctione cuncta fiunt robuſtiora, & omnia plura in unum conjuncta ſe facilius adverſus omnes injurias tueantur, quam ſeparata ſatis eſt manifeſtum. uti dixit Bieſius in comm. de arte medendi fol. 194.

41. Et ſi aër eſt elementum; & uti elementum. ut habetur in lib. 3. de cælo c. 3. eſt id, in quo reſolvuntur cætera, & ipſum verò in alia reſolvi nequit, quomodo ergo ex aëre ſalem extrahunt chymici. ſicuti probat Scholtius obſervation. 18. miſcellan. phyſicæ curioſæ anni 6. dicendo calcinatis ſilicibus quibus noctu per æſtivos menſes ſub tecto expoſiti ſalino ſiquore humectarunt, & abſtracto vitrioli ſpiritu, quæ reſtat materia aëri libero expoſita ſalem vi quaſi magnetica quem magnetiſmum vocant attrahit pro novo, & adhuc præſtantior ſpiritu ſtillando. Unde ſi ſalem aër continet, & propter hanc cauſam res concreſcere obſervantur in aëre. ſicuti placuit ſennerto c. 11. de princip. chymicor. de conſenſu & diſſenſu chymicor. cum experientia teſtatur res omnes quæ concreſcunt ſalem continere, & ubi ſal non eſt nullam fieri concretionem, & à quo ſal naturalem illam aptitudinem promptè concreſcendi habeat monſtret, neceſſe eſt, cauſamque aliam reddat, cur cryſtalli, tartari, & ſales plantarum, cur nitrum, vitriolum, & ſimilia in ipſa aqua concreſcunt. 10. c. idem confirmat quercetanus in Hermet. diſciplin. defenſ. contra Anoninum c. 23. & Tilingius in Prodomo praxeos chymiatr. circa procemium dicendo, ſales admirandum repreſentant reſurrectionis myſterium, in quibus totæ plantæ ex ſemine ſuſcitari queunt. & quod plantæ ex ſale, & ſal ex cinere advenit. expoſuerunt Donzellus in theatr. pharmaceutico. par. 3. c. de cremone tartari. Beguinus de elementis chymicis c. 17. Duncanus de prepar. & compoſit. medic. chymic. par. 3. de ſale abſyntii & J. B. du Hamel de corporum affection. c. 2. n. 12. & quod ex ipſis cineribus reſuſcitatio plantarum & animalium obſervatur. affirmant ſcholk ſphær. mirabil. par 2. c. 1. Kircher. de arte magnetica lib. 3. c. 1. conſectat. 2. & ſcrutin. peſtis.

ſtiſ. ſection. 1. c. 7. experim. 2. Iterecſtatis dial. 2. p. 121. Mundiſubterranii lib. 12. 5. 2. c. 1. Keſtlerus in phyſiologia Kircheriana lib. 2. ſectio. 4. Borellus centur. 4. obſervat. 62. Joes. Bapta Porta lib. 6. phytogn. c. 2. camerar. cent. 5. memor. §. 85. Digbæus in diſſertat. de plantarum vegetat. Kercherus de fermentat. ſect. 1. c. 6. & ſic à privatione ad habitum datur regreſſus, ſi ſupra expoſita firma manent ex obſervationibus ejus.

Et quod aër alimentum præſtat. natarunt Marſilius Ficinus ad Platonis Phedonem. Theophraſtus in 2. de cauſis plantarum. Hippocrates in lib. de flatibus in fine in lib. de alimento. Galenus in 2. aphor. par. 11. ac etiam Pythagorici affirmarunt, & medici illius temporis. ſicuti teſtatur Alexander in comm. Ariſtotel. in lib. de ſenſu & ſenſib. Plinius lib. 7. c. 2. ſtrabo lib. 15. Geograph ac etiam experientia demonſtrat in die; dum videmus homines & animalia ſolo aere vivere, non ſolum per plures dies, verum etiam per menſes atque annos, abſtinentes ab omni cibo & potu; manendo ſemper in ipſa inedia abſque noxa. ſicuti notat Muſa Braſavolus lib. 1. vict. ratione. Collegam in ſtudiis habuiſſe ſcribit Phylippum Rimunaldum, quem vis vidit per integros quatuor dies & noctes omni cibo & potu abſtinentem, accepiſſeque ab eodem quod bis etiam ad ſpatium 8. dierum omnino jejunus permanſiſſet. & Cardanus lib 11. de ſubtilitate refert Leonardum Pictorium ſe ſemel tantum in ſeptimana cibum aſſumere. & Mathias de Gradi in par. 2. c. 12. experientia hoc vidiſſe ait in moniali quæ ſtetit per 8. dies ſine cibo & potu & Silvius in conſil. adverſ. famem. audio inquit nunc Avenione eſſe hominem ſexagenarium, qui per intervalla 5. 6. 10. & plurium dierum comedat. & Petrus Texera in relat. de origine rerum, Perſiæ lib. 1. c. 22. agnoviſſe ait, indum nomine Rolu, qui

10. dies ſine cibo multoties degebat in quadam grutta incluſus. & Platerus quæſt. medic. c. 32. ait juvinem citra ullam quærimoniam, aut moleſtiam 14. dierum ſpatio famem patientiſſimè pertuliſſe. & Horatius Augenius lib. 6. de ſang. miſſione c. 15. ruſticam vidiſſe ait, quæ gravida vulnere ventriculi laborans 20. diebus ſine cibo vixit. & Normandam quandam per 18 dies nihil comediſſe. ſcribit conciliator & Carolus Cuſius inculas Eugaratæ & Duan febricitantes per 10. dies, nonnunquam per 15. dies ſine cibo abſtinere tradit. & Rodiginus lib. 3. antiquar. lubionum c. 24. in Germania fæminam vidiſſe ait, quæ 20. & aliquando 30. dies ſine cibo tranſegit. & Cardanus de rerum varietate c. 43. Juvenem quemdam ſcotum refert ſub Clementis VIII. Pontifici cuſtodia per 11. dies fuiſſe, qui aliquando 20. aliquando 30. dies ſine cibo ullo attingebat. & Hildanus cent. 4. obſer. 30. de gravida quadam ſcribit, quæ ſex hebdomadarum ſpatio ab omni cibo & potu abhorruit. & Albertus Magnus lib. 2. de animal. refert virum melancholicum tempore Fiderici 2. arcto loco cuſtoditum ſeptem hebdomodas permanſiſſe ſine cibo. & Alexander Benedictus l. 11. c. 10. quemdam Venetiis 46. diebus Jejunum fuiſſe ait, & Texera. l. c. audiviſſe inquit apud Indos cum ibi degereret, mulierem eſſe, quæ ad 4. menſes ſine ullo cibo perveniret. & Valeſius de Tharanta ex Jordane de Turre lib. 14. c. 3. narrat fuiſſe in Alemania Fœminam, quæ per menſes 6. nihil comederit aut biberit. Nec non apud Olimpiodorum & alios extant exempla, qui per menſes & annos abſque cibo vixerunt: Ut abſtinentiam ab omni cibo per annum integrum in Laura Larducia Aquilana. expoſuit Jul. Cæſar Benedictus lib. 7. epiſtol. medic. 1. per duos annos in moniali ſundalienſi narrarunt Thuanus l. 103. & cælius Rodiginus lib. 13. c. 24. & de

de alia virgine Germana notavit Simon Portius de inedia par. 3. Per 3. annos in puella ſpirenſi. Langius lib. 2. epiſt. 23. & de alia Juliacenſi vegeto corpore. expoſuit Hildan. cent. 2. obſervat. 40. & per 4. annos in moniali dixit Matheus de Gradibus ſectio. 1. cap. 7. nec non in Joanna Joh. Balami Fabri complani in Gallia filia ſcripſerunt Franciſcus Citeſius Materan. lib. 23. Hiſtor. Belgica ad ann. 1602 Quercetanus de dicta Polib. ſect. 2. c. 4. per annos 7. in Chaterina è Pago Palatinatus dixit Smetius lib. 10. miſcellania medica. Per annos 8. in Puella Halberſtadienſi de qua ſcripſit Jo. Philippus Abelinus Theor. Europa tom. 1. & Petrus Aponenſ. 10. probl. ait fœminam fuiſſe in comandria, quæ per annos 8. nil prorſus ingeſſerit. & Rondeletius lib. de piſcibus c. 13, aliam mulierem vidiſſe ait, quæ in cibi abſtinentia ad 10. annos uſque pervenit. & poggius Florentinus à Schenckio adductus teſtatur de quadam puella, quæ per annos 12 fuit in inedia; & in alia viſum per annos 15. ut expoſuit conciliator diff. 112. Per annos 16. in Eua Hegen Merſenſi puella notavit Hirlandus c. 7. obſervat. 33. & de alia quæ 18. annis nihil comedit meminit Apponenſis, & de alia puella Anglicana quæ per 20. annos nil alimenti adſumpſit. notarunt Rogerius Bacconius, & ex ipſa Martinus del Rio lib. 2. magicq. 21. & trigenariæ juvenis in Normandia quæ octodecim totis annis non commederat meminit Petr. Aponenſ. in probl. Ariſtotel. ſect. 20. per annos 26. in alia dixit conciliator diff. 112. per annos 30. in fœmina Normana Aponenſ. in probl. ult. 5. 10. Et alterius mulieris quæ per 36. annos nihil cibi ſumpſit. meminit conciliator diff. 112. & de puella Merſenſe quæ ultra 29 annos ſine cibo vixit. Guill. Fabritius Hildanus centur. 5. obſervat. 35. & per annos 40. in aliis in ſacrificio tempore Leonis X. Romæ in cuſtodia detentis ſcribit Foubert. decad. 2 par. 2.

43. Et quoad animalia eſt etiam obſervatum plurima hyeme latere ſuà foveis dormientia, nihil cibi & potus deguſtantia. ut expoſuit Licetus. de his qui diu vivunt ſine alimento c.12. ut viſorum, mares quadragenis diebus latere, fœminis verò quaternis menſibus in foveis. monet Plinius lib. 8. c.36. in quo tempore tùm fœminæ, tùm mares pingueſcunt. dixit Ariſtoteles de hiſtor. animal.l.8. c. 17. Lorices enim per totam hyemem narrat Nigidius apud Plinium. Mures ponticos hyeme condi. & Ariſtoteles & Plinius notarunt, & Mures montani ſicut & glires hyeme deliteſcunt integriſque menſibus tàm altè dormiunt, ut effoſſi & extracti non excitentur, antequam in ſole expoſiti, vel ad ignem locati convaluerint. Et angues, ranæ, muſcæ, erucæ glires, montani, mures, turtures, hirundines propter hyemis aſperitatem variis latibulis lenire ſolent. ut notavit Reies Francus in elipſeo campo jucundar. queſtion, q. 58. n. 9. ſerpentes omnes etiam ftigoris impatientes hyeme additos in terra latere. docet Ariſtotel. lib. 5. hiſtor. animal. c.15. & crocodillùm quatuor menſes hyemis inedia ſemper tranſmittere in ſpecu. tradit Ariſtotel.lib.8. hyſtor. animal. c. 15. & 60. tantum dies latere, & ſine cibo durare voluit Ælianus, & annua fame viperas durare tradunt Plinius lib.18. c. 39. & Reies Francus l. c. quod experieñtia ſibi conſtare affirmat Citeſius lib. de abſtinente conſol. qui fræquenter eas phialis incluſas ſine cibo per integrum annum & amplius aſſervaſſe ſcribit. & glires etiam latere in arboribus per id tempus pariter pingueſcere vehementer. notat Ariſtot. lib. 8. hiſtor. animal.c.17. ita canis levis animal indicus quadrupes ex aëre vivit. Ut Scaliger expoſuit lib. 1. placit. Ariſtoteles adſcriptis. & teſtudo terreſtris totam hyemem in terra latet, atque gravi ſomno priſſa, ſine ullo cibo traducit, cibo omni deſtitutam diù vivere quovis

tem,

tempore. teſtatur Rondeletius lib. de amphi.

Quoad volatilia obſervatur etiam plures aves hyeme condi, ac latere, uti ſerpentes. ſicuti notat Ariſtoteles 8. hiſt. animal. c. 16. ſicuti agreſtes hirundines qnæ inveniri ſolent in antris montium hyberno tempore. ut notavit Plinius lib. 10. c. 24. & ripariæ hirundines invicem mutuo complexu adhèrentes in riparum lateribus ingreſſæ, à piſcatoribus ex aquis extrahi conſuevere. refert Georgius Agricola de ſubter. turtures etiam hyeme latentes plumas quidem in latebra demittunt ſed tamen pinguedinem ſervant. ſcripſit Ariſtoteles lib. 8. c. 16, de Hiſtor. animal. ac etiam & muſcæ hyemali frigore deliteſcunt, quas aut artificialis ignis, aut ipſius tempeſtatis tepor; jam quidem veluti ſepultas revocat Ariſtotel. de partib. animal. lib. 4. c. 5. & apes à bruma ad arturi exortum ſomno aluntur ſine ullo cibo. expoſuit Plinius lib. 11. c. 16. Aquilæ etiam multo tempore vivunt ſine cibo. notavit Plinius lib. 10. c. 3. & chlorion ſui gargulus avis tota hyeme deliteſcit circa æſtivum tantum ſolſtitium procedit. Ariſtoteles lib. 9. c. 22. & Plinius lib. 10. cap. 29.

44. Quoad aquatilia obſervatur etiam piſces hyeme ſecondere in alveo, & veluti ſerpentes latere. ut dixit Ariſtoteles lib. 8. hiſtor. animal. c. 15. ſicuti viſum in hippuro & curvulo qui non niſi certis quibusdam temporibus capiantur; & Plinius lib. 9. natural. c. 16, 30, 33, 36. refert hybernis menſibus jacere ſpelunchis multa piſcium genera ut hippuros coracinos, murenas, orphos, congros, ſaſſatiles omnes ut torpedines, ac etiam purpuras captas diebus quinquagenis vivere, & poſtea intra vaſa vitrea ſimplici aqua ſemiplena nullo injecto cibo ſervant ad multos annos & menſes. dixit Licetus de his qui diu vivunt ſine alimento.

45. Et tandem quoad vegetabilia, idem notat

 Plinius

Plinius lib. 16. cap. 43. ut ex olea duriſſimo ligno cardines in foribus diutius immotos plantæ modo germinaviſſe: ſic ligna arida præſertim oliginea terræ defoſſa germinent. expoſuit Theophraſtus lib. 1. de cauſis plantarum c. 4. ſic etiam plantæ aliquæ, ut allium, ſæpæ, aloë, ſcylla, ſemper vivum &c. diutiſſime vireſcunt. referunt Botanici.

Et illud quod eſt mirum, non ſolum hyemalem ſomnum accidit in animalibus irrationalibus, verum etiam in hominibus, ſi fidem præſtare debemus Alex. Cuvagnino Veronenſi pedito in arce Vitebska finitima Moſcoviæ præfecto in ſua Moſcoviæ deſcriptione referenti verba infra ſcripta. Quoſdam igitur populos Lucomoniam ulterioris ſarmatiæ regionem incolentes, quot annis 27. menſis Novembris die, velut hirundines & ranas quæ intenſo frigore brumali mori: poſtea redeunte vere 24. Aprilis die eo denuo reviviſcere ajunt. Hi autem hoc modo commercia cum Gruſtentziis & Sperpountziis populis ſibi vicinis haberi dicuntur, cum jam futuram mortem ſibi imminere ſentiunt, tunc merces ſuas certis in locis deponunt, quas Gruſtintzii & Sperpountzii ſuis mercibus interim equivalentibus eodem modo relictis auferunt, illi autem reviviſcentes illas merces ſi æqua commutatione ſibi placuerint pro ſuis accipiunt; ſin minus juſtæ fuerint à Gruſtintziis ſuas repetunt: unde lites & bella hac de cauſa inter eos ſæpiſſimè oriri dicuntur. Eandem hiſtoriam habet Sigiſmundus liber Baro in Herbetteim. his verbis. Lucemoniæ hominibus mirabile quiddam ac incredibile, & fabulæ perſimile ajunt accidere, quos in ſingulos annos nempe à 20. die Novembris, quod apud Ruthenos J. Georgio ſacra èſt, mori ajunt: ac vere in ſequenti maxime ad 24. Aprilis ranarum inſtar denuo reviviſcere: cum his quoque Gruſtintzii & Spergonuntzii populi nova & alia in conſueta habent

bent commercia. cum enim ſtatum tempus moriendi ſui dormiendi ipſis imminet, merces certo loco deponunt, quas Gruſtintzii & Sperponuntzii relictis ſuis interim æqua commutatione mercibus auferunt: eas illi redivivi; ſi iniquiore æſtimatione adductas eſſe viderent, rurſus repetunt, unde lites plurimæ & bella inter eos oriuntur.

46. Et non ſolum obſervantur vivere animalia de aëre, & etiam vegetabilia, ſed ejus fluxu, id eſt vento concipere ut Homerus Helid. 16. equos Achillis Zephiro conceptos ait. ſic Q. Smirneus l. 8. Martis equos à borea conceptos tradit. & lib. 8. equum Arionem ex borea Garpyia natum refert Maro Greg. 3. & Silvius lib. 3. neque verò poëtæ tantum ſed Hiſtorici etiam hoc aſſerunt Luſitani. eas enim equas concipere è vento. Varro auctor eſt l. 2. de re ruſtica c. 5. cujus teſtimonia etiam laudat Servius in 3. Georg. unde columella lib. 6. c. 27. Plinius lib. 8. c. 42. itemque Solinus c. 36. qui hæc habet in proximis Vliſſiponis equæ, laſciviunt mira fœcunditate, nàm ſpirante favonio concipiunt, & ſitientes viros aurarum ſpiritu maritantur. & c. 57. pag. 180. edunt equæ ex ventis conceptos, ſed hi nunquam ultra triennium trahunt: idem de vulturibus affirmant Tzetze chil. 12. c. 439 quam ſententiam confirmat Geſnerus lib. 1. de animal. c. de equo in lit. c. dicendo cum ſit notiſſimum etiam in ſacro monte Hiſpaniæ, qui procurrit in occidentem juxta oceanum frequenter aquas ſine coitu ventrem pertuliſſe; fœtumque educaſſe, qui tamen inutilis eſt, quod triennio prius quam adoleſcat morte abſumitur: dum proprium eſt equæ ut Albertus ſcribit ex Avicenna pede aut coxa aliquantulum recalcitrare cum deſiderat coitum, & hoc modo aperit uterum, hauritque & meridionalem aut ſeptentrionalem ventum quo plurimum delectatur. ſcribit etiam Avicenna ſenem quendam fide

dignum

dignum natum in inſula, cui arabicum nomen Dealtufa ſibi narraſſe, quod equa arabica illic concepto vento, non ceſſarit currere per deſyderium coitus, donec octo leucas emenſa fines inſulæ attingit. hęc ille. & ex ſententia Silii Itali refert. non nulli ſi ventus à maſculis flaverit, equas obverſas odore fieri prægnantes tantum, atque ex iis natos pullos triennium vitæ non excedere produnt. & Montuus de admirand. facultat. centur. prima, dicendo vultur concipit flante borea ſine mare, in ejus enim genere mas non reperitur ſi oro creditur, vel auſtro ſi Florentino; atque eſt vigor vegetabilium, & incrementum neceſſarium ut vulgo notum eſt. dixit David vander Becke in meditat circa naturalium principia lib. 2. Ac etiam ex fluxu & refluxu aëris oriuntur diverſa, dùm videmus quòd aliquibus locis aliqui fluxus ſunt propitii alii minimè, procedendo à Regionis poſitu; qui fluxus & refluxus aëris vocatur ventus, ſicuti dixerunt Hippocrates in lib. de flatibus; Anazimander, Stoici, Seneca; Vitruvius lib. 1. Architet. c. 6. S. Iſidorus lib. 13. Damaſcenus lib. 3. fidei c. 8. & communiter Aſtrol. & Quercetanus de dietaricon polip. ſect. 2. c. 3. ut Atabulus ventus Apuliam infeſtat. calabriam Japix, Atheneas Scyron, Pamphiliam chagenus. Euboam olympias. Narbonenſem Provinciam circius: & in Lesbo apud Mitylenem auſtro flante ægrotant homines, ac coro tuſſiunt, à ſeptentrione in integrum facile reſtituuntur, dixerunt Rodiginus lib. 20. lection. antiquit. c. 18. & Laurentius lib 2. de curat. ſtrumar. c. 2.

47. Unde & ſi aër nutrimentum præſtat, quia eſt reputatus vehiculum quoddam, ac veſtimentum eſt vitalis ſpiritus, quem niſi ad nos continuo deferret, marceſcerent plantæ, interimerent animalia, & univerſus denique mundus langueſceret. ut dixit David vander Becke lib. 2. experim. circa

rerum

rerum natural. principia. & per conſequens vivificat, quia vivifatio eſt actio vitalis, quia ſpiritus vitales generantur, & cum ſanguine & membris contemperentur, ut omnia vivant. ſicuti dixit vanderBecke in medulla medicinæ de med. phyſica c.7.1art. 6. n. 3. atque dictum eſt ab Ariſtotilelib. 2. de generat. tex. 49. unumquodque nutriri iis, quibus conſtat; tanto magis, quòd prima noſtra regio aëris in ſe continet omnem elementum ſecundum notata à Montano par. 2. medic. c. an ſubſtantia vaporoſa. nam aër noſter omnia elementa permixta habet. ut dixerunt Hippocrates & Galenus: ac etiam in totum experientia oſtendit in ortu ranarum ſaltantium productarum, de aqua à cœlo miſſa menſe May. de qua re fidem præſtat Paracelſus. rana ex elemento aquæ naſcitur id menſe May, ſit myniſterio aſtrorum adiutus ſemen ranarum, quod eſt ſulphur, ſal, & mercurius in effectum producit.

48. Et tandem ſi omnia corpora in aquam reſolvantur, & iſta in aërem, & aër in pulmonibus acquirit concoctionem, quid mirum ergò, ut poſſit reperiri corpus aptum & diſpoſitum ad recipiendum pro ſuo columine ipſa corpora in aëre diſſoluta attrahendo ad ſe: id eſt aërem per arteriam tracheam attractum, in ſpirituum pabulum converteret. uti dixit Lancius lib. 2. epiſtol, medic.ep.27. ſicuti accidit in corporibus calcinatis, quæ aërem attrahunt ad ſe proportionatum non uno ictu, ſed cum tempore, ad hoc ut diſſolvantur, & illud ad hoc ut conſervetur: aut velut plantæ, quæ attrahunt ſuccum a terra ad ſe convenientem. ut dixit Hippocrates de natura humana tex. 31, quæ plantantur & feruntur, ubi in terra proveniunt, attrahit quoque quod ſuæ naturæ conveniens terræ, in èſt autem & acutum & amarum, & dulce & ſalſum; tanto plus quod à terra & aqua transmittantur

tur diverſi & diverſi halitus, vocati à prima exhalationes, à quibus partes ex eis ſunt ſiccæ, partesque pingues; & ex alia vapores ſecundum notata à Fromondo de metiora & ſecundum intentionem multorum deſervit de illa pingui pro ejus columine plus quam alio halitu propter cauſam quod ſpiritus animales ex oleoſa ſanguinis portione confici, & prodire obſervantur. ut dixit Cornelius Hogelandus de œconomia animali fol. 129. vel ut diximus ſecundum chymicos ex parte illa ſulphurea, quæ de facili inflammatur, aut illa denſiorque illuminatur ſicuti placuit Borello obſervat. 3. centuria 1. obſervat. medi. phyſic. qui ex ſententia Gaſſandri & Peireſiis notavit quod lumen nihil aliud eſt, quam aër accenſus; aut illa pars aëris quæ à ſole quotidie accenditur, unde lux diem faciens ortum ducit, multo ſubtilior quamque ex aqua vitæ accenſa, quæ urit quidem, ſed ſine manuum læſione: in aëre autem eſt quædam ſubſtantia quinta aquæ vitæ ſummæ rectificatæ cœlique naturam retinens, quæ ſic à ſole, ſive individuorum læſione accenditur optimum ſpirituum noſtrorum pabulum, & occultus vitæ cibus. Et cum heroe coſmopolitano loquar, hæc eſſe. & hinc provenit quod inſuetus ſolis calor indicat aërem craſceſcere, aut vaporibus, aut exhalationibus. ut expoſuit Reſta lib. 3. de meteor. aqueis tract. 3 c. 5. & ex hac cauſa Homerus ſuam vitã prorogavit odore malorum. ſicuti notat Dellecampius ſuper 6. Plinii c. 2. dicendo qui ſcripſit Homeri vitam, narrat malorum odore prorogatam ei aliquamdiu vitam. Et Democritus propter panis recentis odorem vitam ſuam reſtauravit tempore quo humidum radicale amittere debebat ſicuti expoſuit Cardoſius lib. 5. philoſ. q. 25. Democritus odore recentis panis, vitam tribus diebus ut fertur inſtituit. Licet Joannes Alexandrinus refert totum ratione odoris mellis fuiſſe; ſed communis opinio

opinio eſt ratione recentis vel calidi panis. ut voluit Laertius lib. 9. & alius Philoſophus in ultimo vitæ extremo exiſtens propter mellis odorem vitam produxit plus quam 40. dies ſecundum Oribaſium de partibus affect. comm. 12. Ac ſi conſideratur natura mellis, obſervatur vitam prolongare, dum multis experientiis comprobatum eſt quibus mellis uſus frequentior fuerit, eos vitam diutius produxiſſe: e contrario verò qui cibis acidis delectantur in brevem eum contingiſſe. ut expoſuit Bonifacius Rodiginus in hiſtoria Ludr. lib. 1. c. 11. & erat certè Pythagoricorum cibus panis cum melle. & Ariſtogenus etiam ſine morbo victurus pollicetur, qui mel in prandiis ſemper adbibeat. & Licus cirneos dici vivere judicavit, quia melle quotidiano veſcebantur, ut dixerunt Atheneus l 2 c. 3. Celſus Rodiginus lib. 2. lection. antiq. c. 7. & Bonifacius Rodiginus l. c. ergo ex hoc facto concludimus, illud quod præſtat vegetabile & mixtum præſtat etiam odor ejus, quaſi eſſet tota planta tranſlata in ejus odorem; tanto magis quod Galenus lib. de olfactu cap. 3. Plato in Thimæo & antiquiſſimus Hippocrates lib. 1. prognoſtic. unanimi conſenſu dixerunt odorem eſſe quandam exhalationem, & propter hanc cauſam vult van Helmontius loco citato quod medicamenta interna & externa agant odoris ratione atque etiam Galenus lib. 18. de alimentis ex odore & ſapore docet judicare de cibis videlicet ſi ſint utiles an noxii, & adducit exemplum de centurione, qui licoperſium herbam ſolo odore conjectavit lætalem eſſe: quin etiam bruta odore & guſtu ſolis dignoſcere inter utilia & inutilia. expoſuit Eraſtus de occultis pharmaco poteſtatib, c. 70 & Dodoneus de Hiſtoria ſtirpium lib. 1. c. 9. docet facultates ſtirpium noſcere per odorem. idem confirmat Konig. in regno vegetabili n. 27. dicendo dùm ea ut plurimum quæ in ſapore conſentiunt

etiam

etiam odore conveniunt. & ſic concludimus quòd odor naturam ſui mixti induitur tanto magis quod eſt ſecundum chymicos ſpirituoſum effluvium partium ſulphurearum ac ſal ſumne volatilis ut patet in alleo ſcæpis, naſturtio, &c. quæ vapore acri ceu aculeis ſuis oculos mordificant, hinc ubi hi avolarunt odor perit, ut patet in nuce moſcata, ex qua ſi oleum eſt exhauſtum odor amittitur & D. de Andre de acido & alcali probat modum comparendi literas per odorem etiam à longiquo.

49. Et ad materiam noſtram redeundo dicimus, quod etiam obſervantur homines in ultimo limite Indiæ proximi ad fontem Gange, qui ſolo odore pomorum, & florum vivunt. ut notarunt Strabo lib. 6. Plinius lib. 2. Hiſtor. natural. c. 21. ſic etiam ſi aliquis à ſuis viribus dibilis viſus vel à nimia fame, vel aliaque cauſa iſte cum ſolo aceti odore reſtaurare ſuas vires preſumit. ut voluit Petrus Garſia ſen. primo lib. 1. doctrina 4. c. 4. & qui ingenti fame in viis, vel alio quocumque modo è nimio labore liquantur revocamus adoramentis aceti. Ac etiam eo qui pinguentorum odoribus impingueſcunt. dixit Cardoſus lib. 5. philoſ. c. 3. & Galenus 2. aphor. 11. & lib. 8. de phar. ait. citiſſima virium refectione indigent iis & vinum humidum ad reparandas vires eſt optimum; ubi autem adhuc citius per odorem refici oportet. ſic apud Virgilium. anus illa meſſoribus feſſis allium, ſerpillum, aliasque herbas contundit olentes: & Galenus in ſaturabili illa fame canina, in itinere languentes acetum & puligium, aut terram quamvis obviam aceto madidam, poma appiana olfacere, aut panem vino maceratum diguſtare, vel ſaltem odorare precipit. notavit Langius epiſt. 27. lib. 2. epiſt. medic. Idem Galenus 2. aphor, comm. 11. ubi ex Hippocratis mente lib. de alimentis. aëre ali ſpiritus confirmavit; dùm qui citiſſima adjectione indigent per odora-

tum

tum celerrimè refici, eſt teſtatus. hanc eandem ſententiam tenet Avicenna 11. tertii tract. 2. cap. 8. ubi ſyncopis curationem tractans odoribus bonis nutriri inprimis ſpiritum oportere docet. idem notat Campanellà l. 4. c. 8. de ſenſu rerum. vir lapſus debiliſque exemplo à vino robur ſumit, è contrario ſtrenuo & bene nutritus; à fætore vel civita ſubito aggravatur, & moritur. quapropter exiſtimandum eſt eſſe in cauſa fumum viſcoſum fœtidumque qui ex iis exhalat rebus, & replet vaſa, quibus inambulat ſpiritus mortemqne inducit ſuffocando, aut condenſando. Idem efficit antrum Agnaræ, & foſſa veteris frumenti plena, & carbo accenſus intra cubiculum, unde expirare non poſſit, quia ſua craſſitie aggravat ſpiritus tenuitatẽ, nigredine fædat ſpiritus luciditatem, & calore ſuperat ſpiritus caliditatem. Sic ergo occidit venenum omne. hæc ille. Et hinc provenit quod conciliator ſcriptum reliquit diff 3. in noſtro corpore eſſe ſpiritum quemdam inplantatum talemque in tota vita perdurare, & reſolvi, & reſtaurari, ſicut reliquas corporis formales partes: ſicut etiam uti rebus odoriferis in ſua menſa pro cibo, tunc illi ſunt cauſa vitam reſtaurandi & producendi: è contrario mali odores, ſicuti ſcriptum reliquit Bodinus lib. 4. theatri naturæ. qui ſertis ac floribus moderatè utuntur, diutius, jucundius vivunt. & ratio eſt, quia nihil animus magis abhorret quam à fætore; è contrario nihil gratius eſt odore ſuavi, qui de repente triſtitiam ex animis aluit, & jucunditate quadam oblectat. & ſi à labore vires deperduntur, illæ odorum ratione reſtaurantur, & vivificantur. notavit Campanella de ſenſu rerum l 2. c. 12. & quod in odore nutriantur ſpiritus notum eſt: ac etiam lapſus à labore & jejunio homo odore ſubito reſipeſcet, vivificatur, & quaſi reſtauratur, eo maximè ſi odores illi boni obſervantur; qui non ſolum tunc

reſtaurant ſpiritus animales & vitales, verum etiam conferunt ad longam vitam. ſecundum Alſtedii ſententiam in Enyclopedia lib. 13. par. 5. cap. 8: & hinc provenit quod bovis ſuper fœnum dormiendo jacens vixit longo tempore abſque cibo, ſed ſolummodo cum halitu ſeu odore fœni continuo ſuam vitam alebat. ſicuti narrat Briſciola horar. ſucceſſ. lib. 16. cap. 2. dicendo non tam prodigioſum quam mihi anno 1593. menſe Februarii, dum Mediolano redirem. quidam Aulicus narravit bovem ſine potu ſub maximo fœni cumulo multos vixiſſe menſes, quam ruſtici credebant ammiſſum. poſtremo inventum adeò pinguem, ſe ut loco non poſſe movere. Et hoc non ſolum eſt viſum in animalibus, verùm etiam in hominibus dum quidam ruſticus obdormivit ſuper fœnum uſque ad conſumationem ejus per unam partem anni, qui poſt conſumptionem à ſomno derelictus, obſervavit ſe cum priſtinis viribus. ut dixerunt Foreſtus obſervat. 28. in Scholio & Medina de recta in Duum fide licet talis actus à Medina reputetur ab actu diabolico, vel à cauſa ſupernaturali; ſed nos dicimus procedere à cauſa naturali. Dum ſi cauſa naturalis adeſt ſecundum ſenſum medicorum non debemus accedere ad cauſam ſupernaturalem, tanto plus quod à ſomno excitavit quando fœnus deficiebat, & ecce materia proxima. ut expreſſe notat Reies Francus in campo elipſio jucundar. quæſtion. qu. 58 dicendo ruſticum toto autumno cum ſequenti hyeme ſub ingenti fœni cumulo perpetim obdormivit, ac fœnum paulatim conſumptum, attonito ſimilis tanquam ab inferis ſurrexit.

50. Et licet talis fœnilis odor à nobis non percipiatur, & hoc provenit à noſtra hebetudine ſenſus. ut dixit Cardoſus lib. 5. philoſ. q. 25. ob noſtri ſenſus hebetudinem & tarditatem magna ex parte ſunt nobis ignotæ; & cum in nobis cognitio à ſenſibus depen-

dependeat, atque ob iſtam tenuem & modicam notitiam quam habemus odorum illorum ſpecies ignoramus & nomina. E contrario tactum ut dixit Chriſtophorus à Vega de arte medendi c. 5. tactum enim exactiſſimum habet homo, quoniam optimam ſortitur ex elementis temperaturam, à qua dependit tactus ſinceritas. in quo etiam concurrit nutritio in ſenſu ſicuti dixit Paparella in comment. de natura humana n. 5 verum eſt quod ab aliquibus quilibet odor ſeu effluvia tranſmiſſa à quolibet corpore percipiantur, ſicuti obſervatur Pragæ in quodam Religioſo qui ſolo odore omnia explorabat de qua re teſtis eſt Marcus Marci par. 5. ſectio 1. philoſoph. veter. reſtit. dicendo hic Pragæ erat religioſus qui ſingulos, & quæ ad eos ſpectabant ſolo olfactu dignoſcebat. quin etiam mulieres impudicas, & quæ plurium conſortio eſſent uſæ, confeſtim internoſcebat. & quia Philoſophiæ non imperitus, novam ſcientiam odorabilium, opticæ atque acuſticæ æmulam moliri cæpet, innumeras qualitates odorabiles nobis ignotas, quibus ipſe nomina imponebat, ad certas claſſes revocando; verum hos conatus mors intempeſtiva abrupit. & Bartholinus in acta medica anni 1674. volum. 4. obſervat. 49. narrat ex Olao Borrichio quod Trajectenſis cæcus tactu diſtinguebat colores, non minus rarum, odoratu diſtinguebat metalla; & mercatores indiani ſolo numorum ad nares admotu de præſtantia eorundem ſtatim pronuncient, nunquam fallente judicio; quin & ſi è bractea argentea obveletur numiſma æreum adulterinum nare è veſtigio fraudem deprehendunt. & volum. 5. obſ. 48. notat quòd qui Smyrna aut Aleppo quotannis Babylonem eunt itinere arenoſo & difficili, referunt aſſuetos vel ad 30 milliaria odorari, etiam nocturno tempore quo loco ſint, & quantum ab Urbe deſiderata diſtent etenim eoſdem proſternere ſe

humi, & rapto arenæ obviæ manipulo nares conſulere, moxque de diſtantia ab oppido ſecurè definire. ſic etiam ait quod ex odore ægri etiamnum dum viſi ſed vicini tantum ſæpè ſtatum ejus valetudinis cognoſcimus: & ſanè quoties in ægri cubiculo fætor cadaveròſus naribus meis obſervatur, & ſi non dùm graviſſime decumbat ſoleo triſtia ominari, neque temere decipior. ratio in promptu eſt: ea ipſa effluvia quæ à cadavere copioſius exhalant, partius, ſed intelligenter tamen ab eo corpore ſolent emanare, cujus viſcera jam corrupta propè adſunt à cadavere. Ita etiam vultures ut ſcribit D. Thomas per quingenta millia paſſuum òdorem percipiunt unde ab Auctoribus claſſicis traditur mirifica vis odorandi. & propter hanc cauſam ingrecentis mali, ubi exercitum aves inſequantur hujuſmodi, certiſſimum habent præſagium, ſtante quod carnivari ſunt & rapto vivunt. ſcriptum reliquit Cælius Rodiginus lection. antiq. lib. 8. & propter hoc Marti ſacros eſſe voluit veterum auctoritas. uti ſcribit Phurnutius & comprobat etiam magnus Baſilius in eſſe mero. cauſa namqne eſt quod pluraque bruta ſuperant nos acumine olfactus quia cerebri purum habent. & temperies ejus ſiccior, & ardentior eſt: è contrario verò hebetudo Olfactus ex cerebri nimia humiditate venit. perinde quibus olfactus hebes, hi ſunt ingenioſi, quibus acutus mente obtuſi. Hinc provenit fatuos ſapientibus præſtantia olfactus plerumque meliores eſſe, non tamen quia ſapientes naturali temperie humidius; ſed quia mole amplius cerebrum habent. Magnitudo quippe cerebri & capitis ad ſapientiam, prudentiam, & ingenium ab Ariſtotile & Medicis laudatur: unde fatui acuto & parvo capite ferè eſſe ſolent. ut dixit Fromondus lib. 3. de anima c. 5. art. 5.

51. Et quod odor habet aliquod aliud, quàm exhalatio,

halatio, quia iſta ſolum aſcendit; odor verò aſcendit, & deprimitur, & pervenit uſque ad partem infimam aquarum: quia crocodilli ſub aqua obſervati odorem carnis percipiunt extra aquam repertæ & in arbore poſitæ. ut voluit Cardoſus lib.5. philoſ. q. 25. ita etiam piſces ab odore carnis perveniunt ad ſuperficiem aquæ. ſecundum Gualtruceium par. 3. philoſoph. cap. 6. diſput. 2. & Ludovicum Mercatum lib. 1. par. 5. claſſe 6. quæſt. 159. de ſenſibus externis. & Kitcherus exemplum adducit l.2. art. magnæ par. 1. c. 9. dicendo accipe lumbricos terreſtres & igne coctos, hamoque infixos in gurgitem demittentes, & ſtatim toſtorum vermium odori excitati piſces agminatim cum maximo piſcatoris lucro accurrent. Ac ſi eamdem vermium maſſam ſucco oſſæ fætidæ infeceris, non tantum non alicies piſces, ſed omnes retro hujus odore herbæ fugabis. Ac etiam dicimus quod exhalationes non tranſmittantur in quamlibet partem ipſius domus, è contrario odores quia in quamlibet illius partem transmittantur, ut expoſuit Cardoſus l. c. & etiam in aquis radiant. ut expertus eſt Kircherus l. c. de aëre verò nullum eſt dubium, de aqua multi dubitant, & ego multiplici experientia. refert Kircherus comperi etiam in aquis radiare, & ſic poſſum ſic dicere cum Sennerto lib. 1. inſtitut. medicin. c. 12. nec hoc negandum aliquid è rebus odoratis effluere, exhalare & per aërem deferri. nam quotidiana experientia diſcimus exhalationes odoratas variis modis cerebrum afficere ipſiuſque temperiem ſæpiſſime alterare, illudque tunc mulcere & temperare. immo non ſolum fit in cerebro, ſed ſæpe ab exhalationibus odoratis, oculos & faciem quaſi rodi & dolorem in iis conciliari percipimus, præterea videmus res odoratas plurimas paulatim imminui, & tabeſcere; & ablata re odorata manet odor ſæpe ſatis longo tempote in aëre, quod

 fieri

fieri per ſpeciës ſolum non poteſt, quæ non manent in abſentia objecti, quæ omnia docent ſæpe à rebus odoratis exhalationem aliquam corpoream, quæ vim calefaciendi, frigefaciendi, aliaque præſtandi. quæ medio ſpæciebus & imaginibus competere non poſſunt, obtinet effluere. Et hoc non obſtante quod Averroës, Albertus, Nimphus, & alii tenent rem odoriferam nuſquam extra ſe emittere niſi ſpecies intentionales. Et ſi hoc eſſet ut dicit Ludovicus Mercator lib. 1. par. 5. de ſenſibus exter. claſ. 6. q. 158. quod ablata re odorata non maneret odor diuturnus temporis intervallo, quod fieri ſolum per intentionales ſpecies eſt impoſſibile: quia non manent in abſentia objecti: at ſi quis rem odoratam manibus tractet, quibus conſtat rem odorabilem ſitam eſſe in fumoſa ſeu evaporoſa exhalatione, hoc eſt realiter diffundi per medium. ut ſtatuerunt Avicenna, Galenus, & B. Thomas. & coqui & Aromatarii odores rerum quas tractant quaſi ſemper tuturari, eas in cibum minus cupiunt. ſicuti expoſuit Campanella lib. 2. de ſenſu rerum c. 12. & Riverius lib 4. Inſtitut medicin. c. 24 de potu refert ratione odoris vina odorata & fragrantia maxime comendantur, vires inſtaurant, ſpiritus reficiunt totum corpus recreant, & ſenibus utilia ſunt. Et ſic propter hoc dicere poſſum, quòd in ipſo odore concurrit ſolida materia, vel ſulphur ſecundum chymicos, qui nec eſt neceſſe quod concurrat in oleoſa materia, & pingui, ſed ſolum in ſpirituoſa forma: ſicuti dixit Sennertus de conſenſu & diſſenſu chymic. c. 11. ſulphur non ſemper in forma oleoſa & pingui apparet, ſed ſæpe etiam in ſpirituoſa: ut in ſpiritu vini videre eſt qui pro alimento deteruit. Et ex hoc provenit quod in calidis regionibus ubi odor abundat, homines macilento corpore & debiles ſtomacho cum ſolo odore vitam ſuam reſtaurant. ut dixit Licetus de his qui diu vivunt

vunt ſine alimento lib. 2. c. 21. in calidis regionibus odore plurimo undique fragrantibus homines gracili corpore & imbecillo ſtomacho ſolis odoribus veſci; ac etiam odor vini & carnis aſſatæ famelicum recreant & propter hoc odorem habere vim alimenti & alendi. ut expoſuit Licetus c. 29. l. c. dicendo odoris nomine cui vim alendi tribuunt, alii ſumunt exhalationem fumidam, alii conſtitutum corpus, ut fumidum & vaporoſum: & non ex alia cauſa quia tunc ſpiritus animales & vitales ſe reſtaurant ſecundum Alſtedium Encyclopedia l. 13 par. 5. c. 1. & ex hoc provenit quod fænilis odor favet pro vita, & ſomnum generat, & vires corporis auget, ſicut experientia in diverſis caſibus demonſtravit & quotidie obſtendit; ſicuti noſtris diebus apud Fratrem Magiſtrum Franciſcum Fendo rotam Carmelitam Bergamaſcum viſum eſt; qui cum in vita ſeculari eſſet, & animi ſolatia ivit in navem, & ab itinere translatus ratione venationis, fuit ei neceſſarium propter ejus vires ratione itineris debeles reditas non tranſire ad ſuum determinatum locum, ſed in arva manere, ubi cumulus fœnilis morabatur, in quo obdormivit, & mane absque cena antecedenti non facta, ſuas vires priſtinas deperditas acquiſivit, melius quam antea habebat; uti ipſemet reverendus Pater mihi confeſſus eſt. Et ſic fœnum habet halitum alimentoſum, & propter hanc cauſam in ſpiritum animalem & vitalem vertitur; nec multiplici concoctione quam ſolidiora elementa requirunt confici opus habet. unde & Galenus in comment. ad aphor. 11. ſect. 2. ex Hippocr. lib. de aliment. qui ceteri alimenti appoſitione egent, inquit humidum ipſius optimum colligendi viribus remedium, quod ſi adhuc multo celeriore egeant, odoribus ſunt recreandi. Et Gormelenus in comment. Hippocratis lib. de alimentis ait. tenuiora corpora facilius alterari, craſſiora verò

 diffi-

difficilius: ergo ſpiritus qui per nares attrahitur omnium celerrimè, vitales & animales vires recreat. unde noſtri anteceſſores in perſiſtentibus in ultimo vitæ ſpiritu approximant illis odores, ad hoc ut per ipſos vita reſtauretur, & vires fortificentur. ſicuti viſum eſt in Democrito, Homero & aliis. Hujusmodi caſus crederem quod illis accidit, qui ſe ad dormiendum obſervarunt in aliquo antro, vel loco recondito, vel alibi, qui propter odores & atomos continue transmiſſos ab illo antro vel loco, quod non ſolum illis alimentum præſtabat, ſed etiam ſomnum. ſicuti accidit ei qui bene manducat & bibit, ad ſomnum poſtea paratus obſervatur quemadmodum viſum eſt apud Scholaſticum, qui obdormivit in muri concavo per ſpatium ſeptem annorum cum ſui corporis augmentatione tempore Gregorii II. uti notat Albertus Brantzius Vandal. c. 34. & de illis quinque Filiis qui obdormiverunt in alio antro per multum tempus ſecundum Paulum Diaconum cronol. lib. 1. & de Ethnicis, qui per 57. annos obdormiverunt ſecundum Plinium lib. 7. natural. c. 52. & de ſeptem dormientibus, qui per unum ſæculum obdorniverunt in alio antro ut expoſuit Marolus de diebus canicular. cap. 4. de contingentia: advertendo in hoc caſu quod per nos non negatur cauſa ſupernaturalis & miraculoſa, quod aliquando, & in caſibus ſimilibus poteſt concurrere, ſed totum à nobis conſideratur, ſi ex cauſa tantum naturali dari poſſit, non excludendo cauſam ſupernaturalem & miraculoſam.

52. Dicendo etiam quod non ſolum aër nutrit, verum etiam terra, ut vult Theophraſtus lib. 3. de cauſis c. 8. & 14. & in tract. de plantis: tanto plus quòd ſpiritus per reſpirationem tanquam alimento nutriantur. ut dixit Hippocrates in lib. de alimento, principium alimenti, ſpiritus, nares, os, guttur, & alia reſpiratio. idem confirmat Galenus de uſu partium

partium c.8. & 9. dicendo plerumque aëre fatentur ali ſpirituoſam corporis ſubſtantiam. & Licetus l. 2. de his qui diu vivunt ſine alimentis. dixit aërem externum maximè nutrire, & augmentare ſpiritum animalem & vitalem. Et ut ſupra probavimus quòd tota planta ſola aqua nutriatur, & in aquam elementarem reſolvitur, adeoque materialiter nil aliud eſt quàm aqua. ſicuti diffuſe docet David vandee Becke in experim. circa rerum natural. princip lib. 2. verſ. Ipſa tandem fol. 357. & animalia plantis nutriri; & ſic nutrimentum animalium originaliter & materialiter meram aquam eſſe elementalem: quæ ut dixit expoſitus Auctor pro ſeminalium idearum in ſingulis ſpecie differentibus partibus animalium exiſtentium diverſitate abiit, modo in oſſa, modo in cárnem, hancque pro fermentorum ſeminalium diverſitate variam modo in lac, ſanguinem, &c. è quibus neceſſario ſequitur oſſa animalium, carnem, lac, ſanguinem, meram aquam eſſe. Et tandem ſi ipſa àqua caloris actione in aërem mutatur, & ſic ſolo aëre vivere poſſunt animalia; dum vapor & exhalatio ſimul extollantur à corporibus mixtis & terra ſimul, tanto magis quòd ex iis res provenit, qui eſt occultus vitæ cibus: dum ex ipſo plantarum reſurrectio provenit. Si credere velimus ſupra expoſitum Auctorem in l. 2. fol. 318. tanto magis, quòd aër noſter eſt congeries diverſarum, exhalationum & vaporum, & per conſequens non eſt ſimplex, ſed compoſitum; & uti compoſitum poteſt alere ſpiritum noſtri corporis. & ſic mirum non eſt, ſi plures Platonicorum huic opinioni refragrari videntur, atque apertiſſimè demoſtrant, ſtatuentes plurimas eſſe plagas, in quibus homines vivunt ſolo aëre. Idem confirmat Olimpiodorus in Phidonem, dicendo, propter Ariſtotelis dictum apud unum, qui ab omni alio alimento abſtineret, ſolo aëre, aut ſole viveret, & hoc ut diximus, non

ſolum accidit irrationabilibus, verum etiam inirrationabilibus; ut totum viſum apud Viperulas. quæ in phiala ſervatæ, non ſolum per longum tempus vivant, ſed etiam augmentantur corpore, & augeſcunt. ut notavit Licetus l. c. cap. 1. audio à viris doctiſſimis viperulas, quas ex alveo materno eductas, & ultra phialam vitream, vel in perviam aëri ad multos menſes abſque ullius alimenti propinata prædicant præſtantur ſe vidiſſe pluries tàm pondere, tàm mole auctas, quòd ultra nutricatum iis contingere non potuit; & ibi ſolo aëre vixiſſe compertum eſt. Idem accidit apud alios Animales, ſicuti notarunt Plinius lib. 8. natural. c. 33. Scaliger exercit 182. l. 10. de ſubtil. cum Cardano. & alium caſum ſimilem de Araneis refert Garmanus obſervat. 120. miſcellan. curioſ. anni primi. Dicendo aërem araneis, & aliis inſectis in nutrimentum cedere ſæpius obſervavi: dùm araneas vitro incluſi, & clauſo ex actè foramine omnem ferè aëris texaram iisdem abſtuli; decreverunt de die in diem, adeò ut grandiores quamvis antea vix piſum æquarent minimum ad incitas cum eaſdem putarem redactas aut foramina quædam operculo induxi & illico tanquam familicæ foraminibus iſtis ſe applicabant, & poſt unum & alterum diem notabile ſumebant incrementum, ut etiam modo loco fuiſſet commodus à texara non abſtinuiſſent.

53. Unde ſi fœnilis odor alimentum præſtat, & ſomnum generat, quòd non eſt ſic de palea, quia ſe fœnum aut palea equis, & aliis animalibus gregalibus datur ad manducandum, ut hodierna experientia demonſtrat, quòd nutriti ex fæno melioris condictionis deveniunt, quàm ex palea; non ſolum ratione ipſorum ſimplicium, verum etiam ratione compoſitionis. tanto magis quòd ſpiritus Domini ſufflavit in eo ſicuti expoſuit Iſaia Propheta c. 40. verſ. 7. exiccatum eſt fœnum, & cecidit

dit flos, quia ſpiritus Domini ſufflavit in eo: tanto magis, quòd ortum eſt illud vetus adagium habet fœnum in cornu, per ea quæ refert Plutarchus in problem. quòd fœnum antiquitus alligabatur furioſis tauris cornu, quia ex nimia pabuli copia feroces, inſolentes, & indomitos animantes reddit; hinc autem ut caverent à feroci tauro, quòd erat ſignum ſevitiæ geſtatio.

54. Et ſi obſervatur fœnum ratione ſimplicium; dicimus quòd optima in prato obſervatur herba trifolii, proxima graminis, &c. ut docet Plinius lib. 18. c. 28. & columella de re ruſtica lib. 6. c. 3. notat nemo dubitat quin ſint vicia in faſcem ligata, itemque pratenſe fænum minus commodè utuntur armentum paleis. & Geſnerus lib. 1. animal. c. de equo litera c. fæno aluntur jumenta, & Dellecampius lib. 4. de Hiſtoria plantarum c. 67. medica herba agrum ſtercorat, majora animalia reficit, curat ægrota, & herba tota pro gramine utuntur, qui pecora alunt: in qua opinione concurrit Palladius lib. 5. de re ruſtica c. 1. agrum ſtercorat medica herba, & macra animalia reficit. & quod in fæno concurrunt ſupra expoſitæ, & aliæ herbæ. notavit Carolus Stephanus de prædio ruſtico cap. de prato, & ſeq. Et tunc fænum erit maximè armentorum utile, ſi tunc colligatur antequam areſcat, alias inutile omnino: imo noctibus roſcidis ſecari ſicuti jubet Plato de re ruſtca & Plinius l. 18. c. 28. circa calendas junii. Columella item lib. 11. c. 17. 18. & 19. Varro lib. 1. c. 19. & ſecundum noſtram ſententiam additur iis, quandò luna eſt lumine aucta, aut creſcens lumine. Et quanto plus eſt dulce, tanto plus erit gratum animalibus. ut dixit Galenus in 4. de ſimplicium c. 15. & eo maximè erit dulce, ſi evellatur antequam areſcat. & ſolum eſt conceſſum armentis & gregalibus animantibus ad manducandum, & non ſerpentibus.

ut

ut dixit Camerenſis in promptuar. tropolog. lib. 4 c. 13. atque etiam aliquibus hominibus olim fuit eſca, ut Judæ cum ſociis & Nabuchodinoſor. ſicuti narrat Sacra Hiſtoria apud Danielem c. 4. & 5. & Machabeor. lib. 2. c. 5. & aliis in eremo commorantibus ſolis herbis victitaſte ſicuti paſſim legitur apud diverſos Auctores. Et quod fænum ſit magis utile, quàm palea, eſt quia eſt magis inflammabile, quàm palea. ut ſcribit Columella de re ruſtica lib. 2. c. 19. dicendo fœnum ſi putreſcit, ac ſæpè incaluit ignem, & excitet incendium. & Plinius lib. 18. c. 28. notat fœnum ſole accendi, & conflagare certum eſt. Et ſi quæratur à quo provenit talis inflammatio, eſt propter ſulphurem magnum in eo concurrentem; quia ignis in quovis corpore inflammabili eſt ſulphur. ſicuti dixit David vander Becte in experim. circa rerum natural. principia lib. 1. & per conſequens eſt pingue. Et propter hanc cauſam diſpoſuit Geſnerus lib. 1. animal. c. de equo lib. c. equis paſcua legamus pinguiſſima, è contrario obſervatur in palea, quia non pingueſcit armenta, ſed tantum alimentat. ut oſtendit ipſamet experientia; tanto magis quod ubi fœni inopia eſt, ſtramento paleam quærunt. ſicuti notavit Plinius lib. 18 c. 30. etiam quod plures gentium pro fœno utuntur palea, interquam melior ea, quæ ſenuior, & pulveri propior. unde optima eſt è milio, proximo hordeo, peſſima ex tritico, præter quam jumentis opere laborantibus. ut dixit Geſnerus de quadruped. lib. 1. c. de bove litera c. in qua ſententia concurrit Plinius lib. 18. c. 30. ſed attenta opinione Budei ſuper 8. Theophraſti de plantis c. 4. eſt, quòd ſuavior ſit illa ex tritico, quam quæ ex hordeo. 2. obſervatur melior fœnum quam palea propter miſcibilia, quia ubi ſimplex non attingit, compoſitum ſupplet ex medicorum ſententia. & propter hanc cauſam eſt data

à Me-

à Medicis medicamentorum compoſitio , & eo maximè ubi cauſa morbi ignoratur, ſicuti expreſſe docent omnes medici: inter quos adeſt doctrina Arnaldi de Villa nova in antitodario. c. compoſitionis medicamentorum. dicendo experimento enim innotuit Dues largifluus ſervis ſuis effectus aliquos compoſiti propalatur in Thyriaca, quæ effectus inducit, quæ ex miſcibilibus concludi nequeunt, benè tradunt edocti quod ex actione & paſſione miſcibilium compoſitorum prodeſt interdum infirmo propter eorum occultas potentias, ad quod humana ratio non pertingit, quòd compoſita ejuſdem virtutis jucundiora ſint corpori ſanabili, quàm ſimplicia. & Joannes Gujaterius in comm. 2. medicinæ veteris & novæ dialog. 6. inter alia refert. bona igitur ratione veteres nullum viſcus principale, neque ventriculum ipſum abſque abſtringentibus & aromatis curandum, ſed omnes ipſorum affectus imbecillitate excepta, quæ contra naturam generatur compoſitis medicamentis ſanandos eſſe docent. E contrario verò medicamento ſimplici: quia ubi jecur quidem calidum, ventriculus autem frigidus eodem corpore exiſtit. quare Zinziber Stomachi calefaciendi gratia abſumptum, jecur indubiè etiam urit. ſi oxyacantha fervorem jecoris mitigat, ventriculi autem frigidi intemperiem augebit: & ſi lienoſus capparis uſu delectetur, noxam ex illo tùm in jecore tùm in ventriculo ſentiet. ſic & ventriculi dolores chamemelum ventriculo impoſitum ſolvit, tamen calefacit humores, & extenuat, ſic & bilem auget: ita rhabarbarum per ſe ventrem ſolvit, partes corroborat, & ſanguinem profluentem reprimit, tamen immodicè calefacit & exſiccat, & ſiccis corporibus non parum nocet: ita ſerum lactis alvum emollit, ſed flatum parit, & ventrem turbat, & ſyrupus ex floribus perſicæ licet ſit purgans inter-

dum

dum animi defectionem adfert, & ventriculum ſubvertit: ita & de aliis dicendum: & ſic vitioſitas ipſorum maximè aliorum emendantur. in qua ſententia concurrit Hoſtius de medicam. præparat. exercit. 8. qui etiam docet modum corrigendi, præparandi, & corroborandi omnes partes affectas. Idem dicendum de cibo: ut ſi continuat ſaltem per unum aut alterum diem ſimpliciter manducare tantum de pane, non aſſuetis, tunc hepatem alterat; etſi miſceatur cum aliquare, tunc bene ſe valet, ut ſæpe ſæpius obſervavimus in jejuniis de pane & aqua, vel de pane & vino tantum. E contrario ſi admiſtus fuerit cum lacticinio, vel cum aliqua re commeſtibili. ſicuti me docet doctiſſimus & ingenioſus Argenterius in comm. 3. in artem Galeni. dùm inquit, natura unicum & uniforme nutrimenti genus adverſatur, quare nec appetit, & proinde, nec retinere, nec concoquere probè poteſt, & ratio eſſe poteſt ut dixit Marcion apud Plutarchum lib. 4. quæſt. 1. ſympoſ. ſalubriorem varietatem eſſe; variæ enim ſunt partes humani corporis, quarum una iſto, alia alio ciborum genere melius nutritur, & gaudet. Et lactis potus oſſa alet, frugum nervos, & aquæ carnes, &c. ut dixit Plinius l. 23. c. 1. & illud quod eſt plus obſervatur etiam cibum alimentoſum conſtare ex rebus variis, non autem ex una re tantum, ſicuti experimur in beſtiis, qui ſolo herbarum cibo utuntur, & per conſequens ſemper comedant, & plurima egent excrementa. ut expoſuit Dandinus in comment. 57. de anima digreſſ. 27. undè ſi hæc obſervantur; qua de cauſa ſtramenta paleatea, & non fœnatea ſunt facienda, tanto plus quod à fœno beneficium vitale obſervamus per ſuos bonos halitus tranſmiſſos: dum eſt propium boni halitus non ſolum longitudinem vitæ conferre, ſed etiam ſpiritus animales & vitales reſtaurare. ut dixerunt Alſtedius in Enecyclop. lib. 13. par. 5. c. 1.

& Brac-

& Braccus de ſapor. & odor. deff. c. 4. dicendo boni odores conferunt ad longam vitam, & inſtaurant ſpiritus animales & vitales.

55 Et ſi conſideratur natura fœni in ſuis ſimplicibus, obſervatur quòd ut plurimum concurrit primo gramen pratenſe, quæ jumentis eſt gratiſſima, ſive viridis, ſive in fœno ſiccata. ut dixit Plinius lib. 24. c. 19. quæ valet ad diſcuſſionem pertinacium humorum, & flatuum. ut voluit Delecampius de Hiſtoria plantar. lib. 4. c. 68. & decoctum ejus in torminibus medetur, & urinæ difficultatibus. Ruellius lib. 3. de natura ſtirpium c. 97. & Fuſchius de Hiſtor. plantar. c. 48. & plures medici ad obſtructiones viſcerum calculum potu admotuque ad diſcuſſionem pertinacium tumorum & flatuum deſcripſit. Petrus Pena in adverſaria ſtirpium c. de gramine & quod ad naturalia amuleta gramen capiti circumdatum, ſanguinis è naribus fluxiones ſiſtit, Matthiol. in comm. Dios. lib. 4. c. 28. & de graminum genere, qui ſeptem nodia habet, efficaciſſimè capiti contra dolores alligatur. dixerunt Ruellius l. c. & Fuſchius de Hiſtoria ſtirp. c. 47. & calculoſa etiam excrementa comminuit expoſuit Cluſius lib. 6. de Hiſtor. plantar. & quod Gramen in fœnum ingreditur. notat Dellecampius lib. 4. de Hiſtor. plantar. temp. 4. c. 3. dicendo paſcuntur id boves & jumenta, tùnc viride, tunc ſiccum, & jam fœnum factum. 2°. in fœno obſervatur avena, quæ ventris profluvia juvat, & ejus decoctio in aceto tollit nevos. Dellecampius de Hiſtor. plant. lib. 4. c. 13. 3°. in fœno concurrit trifolium platenſe, quæ ſi devoratur, ſitim & ventriculi ardores extinguit, jecur refrigerat. & cor corroborat. ut dixit Matthiolus ſuper 5. Dioſcor. c. 56. & ejus cataplaſma utiliter inflammationibus imponitur. ut vult Dodonæus peremp. 4. lib. 4. c. 17. & alii putant hanc plantam

jocino-

jocinoroſos juvare, & vocatur planta Hepatica, & ejus ſuccus miris laudibus offerant ad oculorum nebulas, vulnera & cicatrices. & ejus decoctum potum uteri profluvia alba cohibet. Matthiolus l.c. & Fuſchius de Hiſtor. ſtirpium c. 3. quarto concurrit in ipſo fœno herba medica, quæ ſermone patrio fœnacia herba dicitur. ut vult Ruellius lib. 2. de natura ſtirpium c. 80. & alii vocant fœnum ſanctum, quia pabulorum nullum eſt quoad jumenta ſaginanda efficax ſit, ut expoſuit Carolus Stephanus de prædio ruſtico c. de prato. in verbo pabula, atque emancipatum armentum ex ea pingueſcit, quod ægrotanti pecori remedium eſt, & ad maciem equorum nulla res tantum, quantum medica poteſt; ea viridis, tardè tamen arida, fœni vice exaginat jumenta. & tandem oleum ex ea confectum, efficax obſervatur ad nervorum tremores. ut dixit Ruellius lib. 2. de Hiſtoria plantarum c. 80. quinto in ipſo concurrit odontides, quæ fænaria herba vocant aliqui, & dentibus medetur. ſicuti dixit Carolus Stephanus dè prædio ruſtico c. de prato in verbo pabula; in qua ſententia concurrit Plinius qui inter fœni genera connumerat, & decoctum ejus dentium dolores favet. ſicut dixit Ruellius lib. 2. de natura ſtirpium c. 44. ſexto concurrit in fœno fœnum græcùm pabuli cauſa ſerebatur, Varroni ſiliquula, & antiquis ruſticis, & Plinio ſiliqua ut dixit Carolus Stephanus de prædio ruſtico c. de prato in verbo pabula. cujus decoctum diuturna tuſſi labotantibus, & cum fuerit ex ulceratus prodeſt, & fœminarum, pluribus malis ſubvenit, ſive duritia, ſive tumor ſive contractio ſit vulvæ & furfures in facie extenuat ſcriptum reliquit Delecampius lib. 4. Hiſtor. plantar. c. 54. & Dioſcorides lib. 2. c. 95. refert quod decoctum ejus prodeſt adverſus teneſmos fætidamque diſſentericorum polluviem: atque ejus farina habit vim emol-

emolliendi, diſcutiendique, & ſuccus decocti ejus, fæminarum malis ſubvenit, & Galenus lib. 8. ſimplicium refert, quòd decoctum ejus ex aqua, oculorum inflammationes arcet inſtillatum: atque datur utiliter potandum diuturna tuſſi laborantibus, & ubi pectus fuerit exulceratum. & Fuſchius Hiſtoria ſtirpium c. 318. vult quòd expreſſus in aqua decocti ſuccus capillos furfuris & manantia capitis vulnera purgat. ſeptimo concurrit in fæno aphacis id eſt vitia agręſtis ſecundum Carolum Stephanum l. c. cujus farina ex ſemine tabidoſqne juvare, & ubi & ptiſana frequenter ſumatur ſicuti notavit Matthiolus in comm. lib. 2. dioſcor. c. 92. cujus ſemen fluxiones Stomachi, & alvi ſiſtit, & ejus decoctum ut dixit Fuſchius de Hiſtoria ſtirpium c. 38. & licet ultra hæc in fæno ingrediantur aliæ plantæ, ſed quia non ſunt communes relinquantur. & tandem ſi omnia mixta & plantæ ex ſe emittunt effluvia, & medicamenta agunt ratione effluviorum ex ſententia van Helmontii, & umbra bonarum ſtirpium favorabilis eſt è contrario malarum: ſic amulcta naturalia ſuas vires exercent ratione effluviorum. atque alii purgantur ex odore aliquarum rerum: ita plantæ gaudent cum conſortio aliarum plantarum ob effluviorum ſimilium habentium, & in diſſimilium deteriorantur. uti ſupra latè expoſuimus. Unde quid mirum ſit, ſi fænum conſtat ex ſimplicibus, qui ad naturam humanam favorabiles ſint; & quòd ejus effluvia transmiſſa bona ſunt, quia uti acceſſoria, ſequuntur ſemper naturam ſui principalis: ut ſi principale eſt bonum, ita & acceſſorium ex legiſlatorum doctrina, & per conſequens ſtramenta ex fæno facta mala non cenſentur; tanto magis quod obſervatur etiam quod in equorum curiis & prope fæniles commorantes bene ſemper ſe habere quoad ſalutem corporis.

Et tandem ſi conſideratur cauſa finalis ipſius paleatei eſt propter attractionem humiditatis; dum ſicca in quocumque gradu exſiccant, ſed aliter, atque aliter. ut expoſuit Montanus in axiomate medica par. 3. medic. Et quod fænum in ſuis ſimplicibus eſt attrahens, probatur, dùm gramen eſt poſita in humiditate & ſiccitate moderata: avena ut medicamentum refrigerat, ut alimentum calefacit ſufficienter. viciago eſt moderati caloris, & Valentius deſiccat: fænum græcum deſiccat in primo: trifolium eſt exiccativum. ut notavit Fuſchius de Hiſtoria ſtirpium. & ſic ſi palea eſt attrahens ita & fænum, dum ſumus in ſimilibus ratione ſiccitatis ſecundum ſententiam medicorum, ergo potius erunt elicienda paleatea ex fæno, quàm ex palea, aut ſaltem ex palea & fæno.

LAUS DEO.

INDEX

Rerum notatu digniorum, quæ in hoc opere continentur Numerus paragraphum notat.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis 19. *etiam, quod ſit in alium tranſlatum.* 20.

Acrimonia à ſale provenit.

Aër eſt fumus, vel odor, aut evaporatio terræ, & aquæ 34. 36. 37. *in ſe ſalem continet.* 41. *an ſit alimentum.* 35. 41. *& in aquam convertitur.* 37. *& ſua natura mutabilis eſt.* 39. *corpora mutat.* 40. *& inſpiratus, & expiratus ſunt diverſi inter ſe.* 40. *an nutriat* 42. 47. 52. *quando eſt magis, vel minus capax odorum.* 27. *ſi omnia elementa permixta habet.* 47. *& quando aptus ad reſpirationem.* 36. *& ex terræ diverſitate acquirit ſuam naturam.* 34. *an ab aqua & terra proveniat* 34. 36. *& ejus intemperies calida vel humida vel frigida vel ſicca quid in humanis corporibus præſtet.* 39. *& ejus dilatatio, & condenſatio.* 34. *& ejus intemperies ob diverſum ſtatum, generat diverſa.* 39.

Amulcta animalibus rationabilibus & irrationabilibus favent. 19. *& an habeant aliquam naturalem efficaciam.* 18.

Animalia ex aëre vivere. 43. 44. 45. *& vento concipere.* 46. *& iratorum morſus magis nocet.*

cet. 14. *& odoreſus an in plantis tranſmittatur.* 24. 25.
Aqua eſt primum omnium principium 32. 33. *an generat aërem* 38. *an nutriat.* 29. *& aqua nili an proficua.* 4.
Atomi ſpirantes à mineralibus noxii. 28. *& quando mali.* 17.
Caro recens eſt magis proficua de non recente, 20.
Cerebro læſo, an in ſenſibus datur læſio. 39.
Cerevisia turbatur hordeo florente. 22.
Cibi varietas an prodeſt, vel ſimplex. 53.
Color provenit à ſulphure, & ſale. 26.
Corpus omne effluvia emittit 26. *& emittit effluvia ratione ſuæ ſphera.* 2.
Corruptio ſi datur abſque generatione. 40.
Dormientes diù in antro propter odores ab illo tranſmiſſos alimentantur. 51.
Alimenta an tria, vel quatuor. 38. *an purum obſervetur.* 40.
Experimentum de radiis ſolaribus ſulphur extractum. 8 *& de effluviis.* 1. 23. *& de condenſatione & rarefactione aëris* 34.
Exhalatio, quæ nam ſit. 48.
Extracta & ſucci turbantur, quando ejus ſimplicia floreſcunt. 21.
Familiæ quædam ſua inſigna portant à nativitate. 20.
Faſcinatio quid ſit 14. 15. *& agit in infantibus & aliis habentibus poros apertos.* 14. *& fit in præſentia, & non in abſentia.* 14.

Fœni

Fœni compoſitio 55. *quando utile armentis. an inflammetur* 54. *& ejus odor an foveat humano generi.* 49. 51.
Fœtor malum ad vitam. 49.
Flores variare in qualibet planta 25. *& in odore reſolvantur.* 4. *& eis uti, bonum ad vitam.* 49.
Fontes variæ & diverſæ naturæ. 31.
Fumus, quid ſecum ducit, & quando offendit. 17.
Homo infectus ſuam malignitatem transfert in non infectum. 14.
Humores diverſarum incolarum. 34.
Inedia hominum 42. 45. *animalium* 43. *aquatilium* 44. *vegetabilium* 46.
Infantium commercium cum vetulis an proficuum, et è contra 14.
Lumen quid ſit. 48.
Medicamenta interna et externa ratione odoris agunt 48. *an ejus compoſitum ſit plus activitatis, quàm ſimplex.* 53.
Mel vitæ humanæ favet. 48.
Meſtruans ſpeculum et alia lucida ſolidiora maculat 14.
Mineralia ex aqua oriantur 31. *et ejus odor in plantis tranſmittatur.* 24. *ejus vapor malus.* 12.
Miſtorum ſolutio 29. 30. 32. *& ab aqua generatur* 32. 33. *& reſolvitur in aqua.* 29. 31. *& propter effluvia transmiſſa ſemper diſſolvitur.* 4.
Motus perpetuus an detur in natura. 40.
Morbus quando in alium transfertur. 13. 19. *& quomodo*

quomodo exploretur 20. *& oriuntur à qualitate terræ.* 34.

Mores inter gentes inter ſe diverſi ſunt. 9. 10.

Odor eſt ſimbolum fermenti, & effluvium ſpirituoſæ ſubſtantiæ. 6. *& eſt magis corpulentior aëre.* 6. 26 *& à caliditate & non frigiditate provenit.* 5. *atque cerebrum calefacit..* 26. *& bonus à calore optimo & puro provenit.* 4. *& quid ſit.* 4. 7. *& quando magis redolet,* 4. *an nutriat,* 3. 4. 49. *à ſulphure provenit,* 7. *ſi detur ne, dulcedo & amaritudo, etc.* 9. *an ſit cujuslibet perſonæ gratus,* 12. *diffundatur in omnibus,* 13. *an ſit boni & mali intellectus,* 50. *an præſtat id quod miſtum & ſuum compoſitum,* 48. *an vini odor fovet,* 51. *an aliqui ſint noxii aliqui favorabiles omnibus animantibus.* 13. *& differunt inter ſe.* 11. *& odore ſpiritus nutriuntur,* 4, 50, 55. 5.

Odorata omnia oleant magis fracta, contrita, & calore expoſita, 1. *cum purgantibus medicamentis admiſceant,* 6.

Odorifera mittunt effluvia & exhalationes, 50. *& ad vitam prorogandam & reſtaurandam conferunt,* 5, 49.

Oleum & aqua vel aquea attrahunt odorem in aëre ſparſum, 12.

Pharmaca ſolo odore agunt, 6.

Plantæ cum conſortio aliarum germinent, & aliarum ſterileſcunt, 23. *& ab iride tactæ ſunt magis odoriferæ,* 4. *ſi ſemper retinent ſuam virtutem ſpecificam, an vero illa minui poteſt ab animali-*

malibus, plantis eis adjacentibus & mineralibus, 23. 25. ab aqua generantur, 29, 31. & nutriantur ab aqua, & in aqua reſolvantur. 52. etſi ſit infecta, transfert ſuam infectionem in aliam non infectam, 14. & planta qualibet virtutem medicinalem quamlibet poteſt in ſe aſſumere, 25. & fructus poteſt facere cum aliquo notabili colore, 25. & ſuccum à terra attrahit ſibi convenientem, 48.
Prima principia apud chymicos quanam ſint, 38.
Proles quando generoſa, 15.
Res linteæ quo tempore à maculis expurgentur, 22. & tuas velinæ plus quam aliæ in cicatricibus & vulneribus ſunt proficuæ, 17.
Raritas & denſitas à calore, vel frigore oriantur, 4.
Res recentes retinent ſemper de ſuo principali aliquos ſpiritus, etiamſi ſint extractæ, 20.
Sal quid ſit, 7.
Sapores à ſale proveniunt, 7.
Semina ab amantibus ſunt magis efficaciora aliorum, 14.
Senſus interni ſedes, & ejus reſidentia, 39.
Spiritus qui per nares attrahitur, celerrime vires vitales & animales reſtaurat, 21.
Spiritus animales a quo proveniunt, 48.
Sulphur quid ſit, 7, 8.
Sympathia rerum, 21, 22, 12
Terræ diverſæ qualitas, 34. & terra nili ſervata fit gravior tempore ebullitionis nili, 22.
Transplantatio morborum & malorum quanam ſit.

ſit. 19. transplantatur morbus tam in animalibus rationalibus tam irrationalibus tam plantis, quam elementis cum ſuis omnibus miſtis, 19.
Vapor quanam ſit, 48. tranſit in liquida, 4. vaporum aſpiratio an accidentale, 3. an ſubſtantiale, 4.
Ventus an fluxus aëris, 46. & qua parte mundi ſpirant ab illa adducunt atomos, 25. quid ſit, 47.
Veſtes & bona infecta atomis malignis infeſtant aliis aſſumentibus ipſis, 14.
Vina diverſa diverſis inſtructa eſſe qualitatibus, 27. et turbantur quando vitis aqua extracta floreſcit, 22.
Vires debiles ab odore reſtaurantur, 49.
Umbra vallium quando proficua, 28. & vegetabilium qualis proficua, & qualis noxiali, 27.
Vultures odore ſagatiſſimi, 50.

FINIS.

A91 14 56428